



IMP


4


060


















Del Colegio de la Comp. de Jesus de Granada

B<sup>n</sup>  
R-5337

# CATALOGVS

HAERETICORVM, OMNIVM PE-  
ne, qui ad hęc vsque tempora passim literarum monu-  
mentis proditi sunt, illorum nomina, errores, & tēpora  
quibus vixerunt ostēdens, a F. Bernardo Lutzenburgo  
sacrarū literarū p̄fessore, Ordinis Prędicatorii, cōscri-  
ptus, in cuius calce & de Lutero nonnihil deprehendes.

15-212

Aeditio tertia, cæteris multo emaculatio  
& locupletior, mox aucta & excusa.



PARISIIS Apud Ioannem Paruum via Iacobæ  
sub insigni Lili. An. Do. M. D. XXIIII.

72-1427

722-81  
C Extraict des Registres de parlement.



Eu par la Court la requeste presentee a icelle, par Jehan Petit, libraire iure de luniuersite de Paris, par laquelle il requeroit luy estre permis faire imprimer & exposer en vente, vng petit liure appelle Catalogus hæreticorum. Et que defences fussent faictes a tous aultres imprimeurs, imprimer ne vendre icelluy liure iusques a deux ans, aultres que ceulx dudidict Petit, affin quil se puisse recouurer des fraiz quil luy a conueni faire a le faire imprimer. La court a permis & permect audidict Petit, libraire, imprimer & exposer en vente a priz raisonnable icelluy liure. Et faict defences a tous aultres libraires, dimprimer & exposer en vente aultres que ceulx dudidict Petit, libraire, iusques a deux ans prochainnemēt venans, affin quil se puisse recouurer de seldictz fraiz. Sur peine de confiscation diceulx liures imprimez, & exposer en vente cōtre lesdictes defences & damēde arbitraire. Faict en parlemēt le vingneufiesme iour Dauril. Lan Mil cinq cens vingt quatre.

Collation est faicte.

De Veignolles.

**R**euerendissimo in Christo patri Illustrissimo. D.  
 Hermanno de vveda, sanctę ecclesię Colonien. archi-  
 episcopo, sacri Imperii Ro. per Italiam archicancelle-  
 rio, Principi electori, vvestphalię & Angarię duci & c.  
 F. Bernardus de Lutzenburgo, humilis Artiũ & sacraę  
 Theologię professor, Ordinis Prędicatorum, perpe-  
 tuam salutem.



Qnerosis innasci animis crediderim præsul  
 illustriss. ingenuę eruditionis amorem, id foe  
 cunda providente, ni fallor, natura, quę alio  
 rum rectores ad sublimis sapientię munia  
 prouehit maturius, & præclaris ingenii doti  
 bus locupletat, quos mobili vulgo congeni  
 ta quadam (vt ita dicam) præesse statuit in-  
 dustria. Videas interim non modo sacrifi-  
 cos Christiani gregis duces diuinę philoso-  
 phię capi suauitate, verumeriam reges & principes alioqui bellico-  
 sos, quorum nonnulli in castrorum tumultibus nonnihil temporis  
 suffurati, musis inuigilasse leguntur. Alexander ille Macedo, qui per  
 diem cruentam vibrabat hastam, noctu Homeri perlustrans Iliada,  
 ipsam dormiturus sub puluinari retentauit. Proinde si Plutarcho fi-  
 des est habenda, Demetrius Phaleræus Ptolemęum Philadelphum  
 Aegyptiorum regem admonuit, vt libros in quibus boni regis of-  
 ficia & clarissimorum virorum gesta, scripta erant, nunquam e ma-  
 nibus dimitteret. Num ergo torpere decet otio dominicę custodes  
 vineę, quibus oues illę creditę sunt atque commissę, quas huma-  
 ni assertor generis suo mercatus est sanguine? Pastores olim quibus  
 diuini verbi mirabilis illuxit incarnatio, non sopitos, sed vigilantes  
 inuenerunt angeli. Lupus gregem circuit, quærens quã rapiat ouẽ,  
 & pastor dormitat. Tu quidẽ Coloñ. ecclsię pontifex, peruigil gregis  
 tui pastor, viros doctos ac probos, vti debes, amas, honoras, obser-  
 uas, & larga psequeris bñficientia, quo nõ videaris degñare ab aui-  
 ta nobilitate. Illa pfecto vera est nobilitas, q̃ scientiarũ adauget offi-  
 cinas, q̃ virtutũ cultores aplectit, q̃ studiosos i diuina lege fouer, ac di-  
 gnis exhilarat stipediũ. In excelsa o pastor aiarũ cõstitutus es specu-  
 a ii

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA  
 DE GRANADA

BIBLIOTECA  
 UNIVERSITARIA  
 DE  
 GRANADA

**S**a castam oculorum per tui pecoris circuitum gira aciem, & si quos  
 conspicatus fueris lupos, persequere, comprehende, perde, nec cessa  
 ueris donec deficiant. **P**rimæua nascentis ecclesiæ tempestate, seroces  
 beluæ proceres Christianæ religionis perfidiæ armis delere conati  
 sunt, at frustra, sapientia siquidem vicit malitiam, Christus mundus,  
 & vanitatis umbras, sincera veritas. **S**urrexerunt hæretici ambitio  
 nis spiritu tumidi, diuinæ scripturæ verba non sensum (quem solis  
 Deus reuelat paruulis) meditates, sed perierunt in insipientia sua.  
**V**bi Sabellius confusor; vbi diuisor Arrius; vbi apostata Iulianus;  
 vbi dormitor Vigilantius; vbi denique Manichæus mali plaste ex  
 cogitator. **A**bsorpti sunt iuncti petre sapientes in oculis suis, qui ve  
 ritatis dum nolent esse discipuli, facti sunt angeli tenebrarum. **C**æte  
 ri postquam illa interiere monstra, nouus atriditis ortus est aposto  
 lus, tam impudens quam temerarius, quem tertiam stellarum partē  
 vereor alicubi in suam traxisse vesaniam, qui prædicat libertatem  
 vt a Christi Opt. Max. eximatur seruitute, cui quisque pastor prudēt  
 occurrere debet, ne inficiantur, ii. de quorum salute districto iudici  
 redditurus est rationem. **I**mmundus ille Lutherus est, qui circa cæli  
 cardines perambulat & seipsum ignorat, qui sui ipsius immemor, cę  
 lum terræ miscens, se totum gaudet cōmouere orbem. **N**ec desunt  
 qui eius indoctæ doctrinæ quasi nouo euāgelistæ, prurientes accom  
 modant aures, immo & animas illo duce in tartara præcipitandas.  
**T**u ergo, antistes vigilantissime, tuam custodi atque tuere vncam,  
 feras abige beluas, vt insontes agni defensore agno dei perseuerent  
 illesi. **D**emum ne arguar desidiæ & absconditi talenti, hæreticorum  
 errores in vnum collegi volumen, quod tuæ censui dedicare digni  
 tati, cum te sciam domus nostræ Coloniæ ac fratrum Prædicatorū  
 omnium tutorem præcipuum, nedum sacræ scripturæ protectorem  
 acerrimum. **H**oc xeniolum haud aspernetur oro tua reuerendissima  
 paternitas, atque eo suscipiat quo profectum est animo, ac dum per  
 orium licuerit legat, inuentura quibus ab exordio nascētis ecclesiæ,  
 nauicula Petri iactata sit procellis & fluctibus vndique agitata, sed  
 mergi valuit nunquam, quam Christus gubernator ascēdit, qui im  
 perat ventis & mari, & ingens sequitur tranquillitas.

**V**eritas quippe super omnia victrix, ad tēpus  
 quidem premi, sed opprimi, aut perimi ne  
 quit vnquā. **T**ua celsitudo seruetur  
 incolumis a Iesu Christo.

**Colonix. M. D. xxii.**

## ¶ Quam ob causam hereses sint exortæ. Caput. I.



Subintroierunt homines quidam, qui, olim præscripti erant in hoc iudicium, inquit sanctus Thaddæus apostolus, contra fidei corruptores scribens. Licet enim sancta ecclesia per omnia ab initio floreret, non tamē per tulit inimicus ex inuidia sic iam eleuatam atque splendentem valde, sed malitiose mouere cœpit consilia, contendens ecclesiam a domino & vniuersorum creatore submersere.

videbat etiam paganorum errorem iam fuisse manifestatum, deprehensaque vana demonum machinamenta, & creaturam a pluribus iam non adorari, sed creatori hymnos decenter offerri. Ea gratia iam non palam contra dominum & saluatorem nostrum excitabat bellum, sed viros inueniens, Christianos quidem se vocabulo profitentes, sed amore honoris & vanæ gloriæ seductos, quibus tãquam organis suæ machinatiõis vsus, plurimos ad pristinum rediit errorem. Hinc doctor gentium ad Galatas. 2. ait. Propter superintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo, vt nos in seruitutem redigerent.

Augustinus. xviii. de ciui. dei. Videns diabolus templa dæmonum deseri & ad nomen libertatis mediatoris currere genus humanum, hæreticos mouit, qui sub vocabulo Christiano doctrinæ resisterent Christianis, quasi possent indifferenter sine vlla correptione haberi in ciuitate dei, sicut ciuitas confusionis habuit philosophos inter se diuersa & aduersa sentientes. Subintroducti sanæ hæretici a diabolo fuerunt, quod enim ille per se non poterat, hoc per falsos fratres moliebatur, quos fraudulenter sub specie religionis, & titulo fidei immiserat, vt fidem veram impugnarent, permittente hoc deo, ppter electorum suorum vtilitatem, qui vna vtilitate & pœna hæreticorum, gratias agant quod nõ sint sic permissi errare. Obsidet enim doctrinam catholicam oppugnatio contradicentium, vt fides nostra non otio torpeat, sed vt cohors malignantium eliminetur. Et secundum Augustinum de vera reli. Hæretici multum profunt, nõ verum dicendo, quod nesciunt, sed ad verum querendum spirituales catholicos exercendo, teste apostolo, qui inquit Corinthiis. Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant. Hi autem a Deo probati sunt qui possunt bene docere.

a iiii



## De hæreticis in generali.

Signa quę locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere. q. d. myste-  
ria scripturarum, quę tibi datum nosse promptum quę est exponere,  
signa, id est ob signa & claudē, vt sint signata & clausa, posteris quę-  
renda relinque, vt non sint velut merces vitroneę, de quibus vulgo  
dicitur, quod soleant putere, preciosa illa erunt quando opus erit vt  
querantur, vt gentibus variis hæresibus, quas necesse erit esse, vt qui  
probati fuerint, manifesti fiant, tunc enim præclara ingenia multorū  
exercebuntur, & quę de scripturarum thesauris laborioso studio sue-  
rint conquisita, non vilia videbuntur. Vnde hæreticorū tpe ecclesia  
ipugnat sed nō expugnat, Glo. Deut. 2. Hæretici Christianos agustā-  
tes testimoniis scripturarum deprauati contra ecclesiā pugnant, sed  
resistere non prævalent, traduntur victi in manus sanctorum cū ha-  
bitaculis suis. Scripsit quidam imperatori ecclesiam persequenti. Ni-  
teris incassum nauem submergere Petri, fluctuat ac nunquam mergi-  
tur illa ratis. Impugnatur enim ecclesia ab hostibus gladiis & hæ-  
resibus. Et hoc secundum est inhumanius. Omnes enim ecclesię ini-  
mici secundum Augusti. 18. de ci. profunt ecclesię, quia si accipiunt  
potestatem corporaliter affligendę exercent eius patientiam, si ve-  
ro male sentiendo aduersantur, exercent eis sapientiam. Ex hoc cla-  
rescit quod fideles probantur, & doctores ecclesię illuminantur.  
Glo. Mat. 24. Cum hæreses & flagitia regnare, & inter sanctos pacē  
meorum distrahere cœperūt, quanto plures vident sequi praua, tan-  
to altius virtutes petent, & hoc fit dei omnipotentis coassistētia.  
Iob. 22. Eritque omnipotens contra hostes tuos, & argētum coacer-  
uabitur tibi, quā diceret, dum malignos hæreticos a te repulerit, di-  
uini in te eloqui talentum lucidum excrescet, & in amore eius epu-  
lis sacre scripturę variaberis. Et ex hoc de se præsumentes humiliātur.  
Hierony. super Ezechie. Parumper deus abscondit faciem suam ab  
eis, & tradidit eos in manus inimicorum, propter imunditias suas.  
Sed subditur liberatio. Et assumam zelum meum pro nomine san-  
cto meo, quod blasphemabatur ppter hæreticos, vt postquam eos  
liberauerit, impii erubescant & confundantur. Quare fide ecclesia  
stica derelicta, præuaricati sunt in me. Hinc sana doctrina auidius ida-  
gatur, & vilitas hæreticorum panditur. Quāto enim hæreticorum  
nequitiam citius exploramus, tanto certius eam declinamus. Cum  
enim fides velut aurum cœperit fulgere, & prædicatio eius vt argen-  
tum igne probatum resplenduerit, turpius hæreticorum voces ob-  
scuri eris vilitate sordebunt. Bona enim ex deteriorum comparatio-  
ne magis noscitur. Quis sciret lucem esse bonam, nisi tenebras sen-  
tiret? Quis nosceret melius dulcedinem, nisi gustasset amaritudinē?

Et tandem pigritia nostra excutitur. **A**ugustinus. Ideo diuina pro-  
 uidentia multos diuersi erroris hereticos esse permittit, vt cum iter  
 rogant nos ea que nescimus, sic discutiamus pigritiam, & diuinas scri-  
 pturas cupiamus. Et viri probati manifesti fient, quia per hereticos  
 de somno excitantur.

**H**ereses quibus de causis oriuntur. Cap. II.



Quidam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt  
 i. ad Timo. i. Spreta enim bona conscientia, in magnos  
 quidam deueniunt errores, inimico homine & satore  
 malorum operum procurante, qui superfeminauit ziz-  
 zania in medio tritici & boni seminis fidei catholice.

Matthei. xiii. & extra de electio. cap. licet deuitanda. Hinc fit vt mul-  
 ti efficiantur zizaniorum diabolicorum seminatores homines im-  
 pii, virtutem dei abnegantes, scelerati, nequam, & pueri min stri  
 fatanę, teste sancto Ignatio ad Magnesianos, nō sicut agricolę Chri-  
 sti, sed inimici seminarium. Et Osee. viii. Culmi stantes non facientes  
 fructum spiritualem, sed amaritudinem super sulcos agri subuersi  
 germinantes, & nisi spinarum radices relinquētes, intima cordis pū-  
 gentes, & assidue discurrētes per diuersa loca, die ac nocte instant  
 attractioni hominum ad suam sectam, & multos secum naufragare  
 faciunt, & impulsī a diabolico vento, timorem iudicii dei iustissimi  
 conculcant. Iuste igitur a deo naufragare permittuntur, exosos enim  
 habui eos. Osee. ix. dicit dominus. Et in psal. xxi. In diluuiū aquarū  
 multarum id est diuersarum heresum, ad te nō approximabunt, sed  
 a te elongabuntur, & in altitudinem maris deuenient, & tempestas  
 demerget eos. Et multę causę a doctoribus, maxime a **Nicolaso**  
 Dinckelspuel dantur, quare huiusmodi circa fidem naufragāt. Vna  
 causa est auersio intellectus ab illis que credenda sunt & cōuersio ad  
 errores. Quidam enim sic amant errores suos, vt veritatem eis con-  
 trariam audire nolint. Proverbiorum. xviii. Non recipit stultus ver-  
 ba prudētię, nisi dixeris ea que versantur in corde eius. Et Gerson in  
 trac. de simo. Non est heresis sine deprauatione intellectus per erro-  
 rem in his que recta fides tradit. Alia causa est inhabilitas intelle-  
 ctus, que fit per peccatum, per quod lumen diuine influentię ingre-  
 di prohibetur. Iob. 24. Ipsi facti rebelles lumini. Tertia causa est affe-  
 ctio inordinata, qua homo trahitur ad contraria fidei, vt quādo ex  
 amore vel timore, aut spe promotionis contra fidem dicentis ei cre-  
 ditur & veritas fidei derelinquitur. i. lib. histo. r. ipar. cap. xiiii. Appe-  
 titus potentię hominum pessimorum avaritię que p̄positus ve-

De hæreticis in generali.

ritati, quæ creditur esse præcipua, solet insidiari per varias occasio-  
 nes, resistentes ecclesiasticæ pietati. **Q**uarta causa est superbia, qua  
 homo præsumit se omne intelligibile supra se, suo ingenio naturali  
 posse apprehendere & intelligere, cum tamen secundum **Augusti-**  
**num** super Ioan. Credere sit ianua ad intelligere. **Hieronymus** super  
**Ticum**. Hæretici vano sermonum strepitu quærunt quem inuenire  
 non possunt, fuerunt eorum fatuæ quæstiones, putantes deum hu-  
 manis sensibus posse comprehendi. Et secundum **Esaïam**. Si non cre-  
 dideritis non intelligetis. Et **Augustinus** in lib. confessi. Tumore  
 meo, idest superbia, separabar a te, & nimis inflata facies claudebat  
 oculos meos. **Glosa** super illud **Osæ** decimo. Respondebit arrogan-  
 tia Israel in faciem eius, dicit. Hæretici superbiam habent quasi ma-  
 trem iniquitatis suæ, & iactant se semper scire altiora, & in ecclesiæ  
 contumeliam debacchâtur, sed arrogantia populi & magistrorum  
 simul corruent. **V**nde hæreticorum turris superbiæ designatur. **Ge-**  
**nesis** vndecimo. Hi nempe figmenta sua erigunt contra deum, vo-  
 lentes illicita curiositate cæli altitudinem penetrare, ergo in fine con-  
 funduntur. **Q**uinta causa est, credendorum subtilitas, & intellectus  
 humani obscuritas, quo hæretici non capiunt quæ sunt credenda.  
**N**ectamen per hoc excusantur, quia rationabiliter ea quæ ratione  
 inuestigari non possunt, fide tenenda hominibus proponuntur, vt  
 probat sanctus **Thom.** i. contra gen. capitulo septimo. Multi enim  
 effrenatis sensibus mentis plus sapere appetunt, quam decet, plæ-  
 rumque offensionem hæreticæ stultitiæ temerariis tractatibus incur-  
 runt. **S**exta causa est negligentia prælatorum, quos deus misit in  
 mundum tanquam cultores agri sui. **Lucæ** decimo. Rogate dominum  
 messis, vt mittat operarios in messem suam. Et **Hieremię** primo. Ec-  
 ce constitui te hodie super gentes & super regna, vt euellas & de-  
 struas & disperdas & dissipes & ædifices & plantes. Et **Paulus** actus  
 um vigesimo. Attendite vobis & gregi vestro, in quo vos spiritus  
 sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei, quam acquisiuit san-  
 guine suo. Et sic de vno pontifice canit ecclesia. Ad fidei caulas con-  
 gregans ouiculas lupi præuidit insidias. Sed **Marth.** decimotertio,  
 dum dormirent homines, idest prælati ad custodiã deputati, inimicus  
 homo superfeminauit zizania in medio tritici, quia inter doctri-  
 nam veritatis hæreticus commiscet fallaciam erroris. **Episcopi** au-  
 tem ex solerti vigilantia super gregem merentur vitam æternam.  
**Narrat Tho.** Brabantinus primo libro apum. Venerabilis & deo di-  
 gnus **Guardus** Cameracens episcopus, cum in via contra Antver-  
 pienses hæreticos, apud **Bassuginense** monasterium Brabantie stris

f. 7. 2. 47.

fig. a



Etissime reformatum, vitam beatissime terminasset, in tempore mi-  
 grationis quidam frater Prædicatorum per somnum apparuit in  
 Gandauo. Cui frater. Quomodo pater tibi est? Ille mortuus, inquit  
 sum. Et ecce. Ad satis graues transeo pœnas, expurgandus prius,  
 quam ad gloriam transferar. Et frater, Quæ pœnæ causa? Cui ille.  
 Nimia seueritas culpabilem reddidit & purgandū, sed via ista qua  
 contra hæreticos pro purganda ecclesia auidius inhærebam, pœnam  
 meam minuet & accelerabit, nunc dilatam. Septima causa est caren-  
 tia prædicationis euangelicæ, quia vbi euangelium non prædica-  
 tur, hæresis nascitur. Treno. tertio. Paruuli petierunt panem (idest do-  
 ctrinam euangelicam) & non erat qui frangeret eis. Dicit Vincen-  
 Ferras, quod repperit in Lombardia nouem valles hæreticorū pro-  
 pter defectum prædicatorum. Dixit sibi vnus frater. 30. anni sunt q̄  
 nullus frater nec clericus venit huc ad instruendum nos in fide, sed  
 veniunt hæretici de partibus longinquis, & prædicāt nobis suos er-  
 rores, quos euitassemus si euangelicam doctrinam habuissemus.

**¶ Hæretici immundis animalibus com-**  
**parantur.**

C A P V T. III.



Videte canes, inquit doctor gentiū ad Phil.  
 3. reddens eos cautos ab hæreticorum astu-  
 tiis, vt fidem inuiolatam custodiant, & hæ-  
 reticos immundos canes denuntiat. Am-  
 bro. Hæreticos in omni genere vitandos  
 & spernēdos. Apostolus docet quasi canes  
 qui primum oblatrant, dehinc morsu suo  
 suo male operantur. Videte ergo, idest co-  
 gnoscite canes contra veritatem irrationa-  
 biliter latrantes. Esaiæ decimo octauo, cum glosa. Ite ad gētem euul-  
 sam a deo & dilaniatam morsibus hæreticorum populum horrens-  
 dum. Canes enim quod integrum est dilaniant, & in luto errorum  
 versantur. Dicuntur etiam vulpes in desertis. Eze. 13. Vulpes enim  
 domesticis insidiantur auibus & hæretici intendunt ad deceptionē  
 pauperum. Beda. Vulpes animal fallax insidiis intentum rapinas  
 fraudes exercens. Etiam inter ipsa hominum hospitia habitans in  
 foueis. Ita hæreticus domum fidei non habens, alios in suam frau-  
 dem trahit, & a fide seducit. Hæc ille. Tutum ergo debet esse fidei  
 hospitium, ne dum infidelibus nostra domus interna referamus, in

De hæreticis in generali.

allene perfidie castes improvida credulitate labamur. Idem equis 3  
paratis in prælio comparatur, & hoc propter eorum velocem vbi  
que discursum, secundum Haymonem. Et inquit Beda Apocalip.  
nono, sicut equi non propria ratione, sed impetu præcedentis agun 4  
tur in prælium. Ita mali ductores dæmoniaco acti spiritu ecclesiam  
impugnât. Dicuntur quoque ranæ ascendentes de fluuiis Aegyptio 5  
rum. Exodi octauo. Garruli & amatores vanitatis, secundum Raba 6  
num. Et hæretici, secundum Vincenti. de Valentia, instar ranarum 7  
exibant de aquis baptismi ad peruertendum articulos fidei. Et sunt 8  
sirenes dulces in delubris voluptatum quiescentes, & mortifero car  
mine animas ad profundum trahentes. Sirenes enim dulcedine can 9  
tus attrahunt naues eas periclitando, & ex hoc dicuntur putei abyf 10  
si, quia alios prauis sententiis suis mergunt. Et sunt tanquam cyni 11  
phes fidelium mentes terebrantes, animarum sanguinem bibetes,  
callidi ad nocendum, mordentes vsque ad animæ perditionem. Et  
spinosi hærici. glo. Sophon. secundo. Onocrotalus & hæricus in li  
minibus morabantur. Hodie quidem frustra iactante esse de specio  
sa ecclesia, sed factis negant, in quibus vitiorum greges habitant, &  
hæricus spinosum animal habitat in cordibus eorum. Dicuntur quo  
que onagri in deserto, quia in suis voluptatibus dimissi, a vinculis  
fidei & rationis sunt alieni. Et secundum Orige. muscis caninis & cy  
nomyis comparantur, nam & cibos ecclesie maculant, & volupra  
tem summam bonitatem prædicant. Hæ sunt locustæ de fumo putei  
exeuntes in terram, quibus data est potestas tyrânica, sunt enim cor  
rosos bonorum. Haymo. Locustæ rectos gressus non habent vt  
quædam animalia, nec volant vt aues. Hæretici fidem rectam non  
habent ad volandum in cælum, nec rectos gressus ad bene operan  
dum. Locustæ dant saltus & virentia corrodunt. Hæretici per iactan  
tiam eleuantur, & animas quæ fidei virorem habent occidunt. Et se  
cundum Albertum super Apoca. Dentes locustarum sunt exposito  
res hæreticorum, qui proponunt panem mendacii, & traiciunt mul  
tos in corpus Antichristi, loricæ earum virgæ sunt per tenacitatem  
mentis, caudæ earum sunt principes sæculares, per quos hæretici ec  
clesiam impugnant. Aculei sunt argutie hæreticorum, quibus san 12  
ctos pungunt vt a via veritatis deuiare faciant, quorum perfidia si  
millis est vrsis, quia sicut vrsus habet debile caput, sic hæretici debi  
le fundamentum. Et Danielis septimo. Tres ordines erant in denti  
bis vrsi, & hæretici tribus dentibus catholicos mordent, scilicet po  
rentia sæculari, vt tempore Arrii. Secundo rationibus sophisticis. Ter  
tio sacris scripturis peruerse intellectis, & sic sunt crudelissimæ be 13

stia, & leones feroces, & porcis immundis comparantur, quia instar porcorum in coeno vitiorum volurantur, vt dicit Ioannes. Antho. distinctione quadragesimatercia, capitulo In mandatis. Gregorius in dialog. Cum quedam ecclesia Arrianorum fidelibus reddita cōsecraretur, & reliquiae sancti Sebastiani & beatæ Agathæ illuc delatae fuissent, congregatus populus porcum subito intra suos pedes huc illucque senserunt, qui fores ecclesie repetens a nullo videri potuit.

*mazarin*

**¶** Quod venenatis & aliis immundis animalibus hæretici comparantur.

C A P V T. III.



Cio quonia intrabunt post discessum meū lupi rapaces in vos, non parentes gregi, Actuum vigesimo. Lupi inquam & si pel libus ouium induti, hæretici sunt callidi in fide, fortes in disputatione, crudeles in occasione. Nonne lupi rapaces fuerunt Ebionitæ & Cherintiani, qui sancto Ioanne absente in exilio eruperūt contra eius ecclesias. Sic dixerunt discipuli sancti Martini. Cur nos pater deseris, &c. inuadent enim gregem tuum lupi rapaces. Si cur lupus ouibus, sic hæreticus insidiatur fidelibus. Hieronym. Separat seorsum ouem lupus quam capit, & ouis quæ egreditur de ouis liparet morsibus. Et secundum Isido. Lupus lanam ouis quam occidit, morsu inficit, & vestem ex tali lana factam, pediculofam reddit. Quod Nicolaus Esculanus in sermo. de falsis prophetis sic ad mores torquet. Conuersatio hæreticorum morsu suæ doctrinæ lanam ouis, idest conuersationem boni hominis spiritualiter occidit & corrumpit. Et ergo oues extra mādram, idest custodiā opilionis sanguinolentæ & interfectæ, in montibus sunt repertæ, quas lupus vorax cruciat. Lupus ouile circuit nocte, non audēs intrare. Canis somnum pastoris absentia explorās, & hæreticus nocte malæ intentionis fideles decipere conatur. Ecclesiam non intrans, pastores ecclie vitare, vel necare, vel in exilium mittere cōtendit. Lupus natura corporis rigidus, se inflectere facile non pōt, & hære. duri cordis non solet ab errore reuocari. Insup hæretici serpētes sunt, super pectus reptātes, antiqui & contorti in cauernarū tenebris delitescētes, clarum solem

non sustinentes, quia oppressus est eorum sensus. Hieronymus. i. lib. contra Iouini. Proponam, inquit, aduersariorum sententias, & de la-  
tebrosis libris quasi de foueis serpentes pertraham. Serpentes blan-  
diuntur facie, & occulte emittunt venenum. **V**arii serpentes, id est  
hæreses sunt, inter se quidem diuersæ, sed omnes mortiferæ, de quibus  
dicitur. **V**enenum aspидum sub labiis eorum. Augusti. In serpente  
est astutia, & dolus nocenti, ideo serpit non habens pedes, vt non au-  
diatur, cum venit lenis est eius tractus, sed non rectus. Sic hæretici ser-  
pentes sub leni tractu occultum habent venenum. **S**ingulariter com-  
parantur serpenti, qui dicitur cerastes. Plynius. 8. li. natura. hist. dicit  
quod cerastes est serpens cornutus vtraque parte capitis circumfle-  
xa, totum corpus occultat in arena, vt non cognoscatur, totis corni-  
bus sine cooperulis derelictis, quod videntes auiculæ, credunt quod  
sit vermis, & dum eum capere nituntur, a serpente capiuntur. **S**unt &  
sibili quibus draco hominem de paradiso expulit. **S**corpiones quo-  
que aculeos habentes. Apocalip. 9. Virtutes consummandas ad fi-  
nem vitari contendunt hæretici. **D**racones squamosi & squalangi,  
quibus squamis adherent in similitudinem piscium. **E**t basilisci infe-  
ctiui & interfectiui, basiliscus vtrinque noxius est, nam aspectu no-  
cet & morfu, vt dicit Effrem Syrus in serm. de angustia anime. **S**unt  
aspides ex quibus progrediuntur viperæ. i. hæresiarchæ sunt hæreti-  
corum ab eis oriuntium principes. Esaie. 30. Ex eis vipera & regulus  
volans. **S**unt quoque putridæ carnes, cauteriore secandæ, & capita ve-  
nosa. Apocalip. xiii. Super capita bestię nomina blasphemię, nam  
bestia hæreticalis, variis hæresibus est plena contra Christum. Hiero-  
nymus. i. li. contra Iouinianum. Neque sinam venenosum caput spi-  
ris maculosi corporis protegi. **O**remus igitur deum omnipotentem,  
vt hæreticales serpentes crepescant, dracones fugiant, viperæ sileant,  
ranæ inquietæ torpescant, scorpiones extinguantur, reguli vincant,  
squalangi nihil operentur, & omnia noxia & fidei aduersa funditus  
arescant, vt omni intoxicato relegato, syncera fide deo seruiamus.

**H**æretici variis iniquitatis operariis com-  
parantur.

CAPVT. V.



**V**idete malos operarios, ad Philippenses. 3. Videte vel obseruate malos & periculosos peruersæ doctrinæ seminatores, & infideliter in vinea domini laborantes, qui secundum Petrum dominationem spernunt, audaces sibi placentes sectas non metuunt introduce re blasphemantes. **Augustinus** decimo octavo lib. de ciuitate dei. Hæretici cum Christianum cogitant habere nomen, & sacramen-

ta Christiana & scripturas & professionem, magnū dolorem faciunt in cordibus piorum, quia multi volētes esse Christiani, propter eorum dissensiones hēsitare coguntur, & multi maledicti in his inueniunt materiam blasphemandi Christianum nomē, quia & ipsi quo modo Christiani appellantur, & diuersis ideo nominibus malorum hominum comparantur. **Sunt enim ecclesiasticorum despectatores.** Hiero. in Abdiam, Quis hēreticorum non despicit ecclesiasticos? quis non exultat in malis eorum? Videas illos exultare, gaudere nostram ruinam, suam putare victoriam. **Et** ideo sunt sicut amici Iob, qui spiritu consulendi decipere volunt, dum quasi pro domino loquuntur, veritati aduersantur. **V**erbi gratia, **Elephas**. i. domini contemptus, id est hēreticus, dum falsa de deo sentit, cum superbiendo contemnit. **Baldach** vetustas sola dicitur, quia non intentione bona, sed appetitu gloriæ loquitur. Non zelo noui hominis, sed prauitate vitæ veteris. **Sophat** qui interpretatur dissipatio speculæ, quia hēretici mentes supernas contēplantes verbis percutere approbāt, contemnendo ergo deum in vetustate se retinent, in qua manentes malis sermonibus speculantibus nocent. **Et** sic sunt hypocritæ, quia speciem humilitatis ostendunt, vt superba suadeāt. **Sunt enim adulteri spirituales,** sicut enim is qui adulterium facit, carnem alienæ coniugis illicite sibi coniungit, ita hēretici cum fidelem animam in errore suo rapiūt, quasi alienam coniugem tollunt. **Sunt etiam latrones ad hoc intenti vt spolient.** **Osee**. 6. Obstruentes viam viatoribus, ne perueniant in Hierusalem. **Pures** tanquam filii noctis, qui peruersa prædicant, & de ecclesia dei furantur. **Hieron.** in Hierem. Hæretici assumunt testimonia scripturarum de veteri & noua testa, & furantur verba saluatoris, vnusquisque a proximo suo, & assumunt linguas suas vt cordis venena pronūrent. **Basilii** de Euno. in oratione circa euang. In prin. erat, Nō ignoro, inquit, plurimos veritatis inimicos, & humana sapientia plurimum iactātes, sic admiratos ista fuisse, vt in suis libris conscribere ausi sint. **Furatur enim nostra diabolus,**

De hæreticis in generali.

& suis ea largiri conatur. Piratæ quoque turbantes aquas ecclesie, & de puris fontibus sordidos riuos facientes. Præcursores Antichristi Oseæ. 7. quasi clibanus. &c. Glo. Hæreticorū corda igne diaboli succenduntur, vt in eis coquatur Antichristus. 1. Ioā. 2. Nunc Antichristi multi sunt, omnes qui fidem quam confitentur verbis, destruunt operibus, omnes sunt Christo contrarii, & per consequens seductores. 2. Ioan. 1. Qui non confitetur Iesum Christum venisse in carne, hic est seductor & antichristus. Scandalizatores proximorum. Cassiodorus super illud Psal. Aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum, id est, hæreses, vel vitia, quibus innocentes capiuntur. Satanæ mediatores & ioculatores, odiorum inuectores, dei persecutores. Nugarum ascriptitiarum inuectores, & mēdaciōrum fabulatores. Oseæ. 12. Tota die mendacium & vastitatem multiplicat. Glo. Hæretici mendaciū, id est, falsam doctrinam sibi suisque multiplicant, quia sunt extra limitem veritatis, & sic diuersos colores mendacii confingunt, & artificii & elegantii mendacio, suis amatoribus hominibus vel dæmonibus placere intendūt, & hæretica prauitate polluunt mūdiciam fidei. Et sunt fraudatores, nam astruunt ea quæ deo pro quo loquuntur non placent tanquam adulescentes, & cum hoc reprehēsores, & per consequens sunt aliorum peruersores & animarum necatores. Hierony. super Oseæ. 2. Panis hæreticorum, luctus perpetuus, aqua cœnosa. i. doctrina, qua etiam baptizatos suffocant. Ecd. 11. Ab vna scintilla ignis augetur. i. ab vnius hæretici malitia, perditio multorum, & quorum sermo vt cancer serpit. 2. ad Tim. 2. Discipuli diaboli & soboles eius, progenies maledicti, inimici crucis Christi, Antitheii. i. contrarii deo, cōtumeliosi, quorum contumelias deus odit, quia quicquid dicūt, dignum est odio. Ecclesiastici. 8. Ne stes contra faciem contumeliosi, scilicet hæretici. Item hæretici post perceptam baptismi gratiam, ad vomitum redeunt, & spiritui gratiæ contumeliam faciunt. Prouocatores dei ad iram. Ecclesiasti. 16. In gente incredula exardescet ira. Garruli vt hirundines, & verbosi instar cicadæ, quæ vt tacta fuerit semel, nunquam silet. Et ideo Ioannes de Friburgo in sua summa, Disputare cum hæreticis nō est multum vtile, Cōtra verbosos nolī contendere verbis. Sunt enī derisores. Prouer. 14. Quærit derisor. i. hæreticus, sapientiā, & non inueniet. Quia & si aperte contra illius stultitiā disputando intendas, nescit intelligere quid dicas, sunt enim duri ad cōuertēdum. Prouer. 7. Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meū. Quibus verbis redarguūtur hæretici, quia nec veterum patrum, nec nouorum dictis & exemplis potuerunt ab errore prouocari. Sufurrōnes odibi

les, quoniam occulte errores ad decipiendū ponūt. Et illusores. Glo.  
Esa. 30. Magistri populi illusores sunt, qui peruersæ scripturas inter-  
pretantur. Et. 2. Petri. 3. Venient in nouissimis diebus in deceptione  
illusores. Et ex hoc vocantur seductores. 2. Ioan. 1. Multi seductores  
exierunt in mundum. Et sunt inimici nostri domestici, & prodito-  
res. Iudæ apostatæ pariformes. Et finaliter secundū Ignatium in epi-  
stola ad Ephesios, Hæreticus acerbus, plenus falsiloquio, lubricus, ar-  
rogans, superbus, dissonus, immensuratus, nigriformis, tumidus, &  
timidus. Hæc ille.

**H**æretici sunt ecclesiæ Christi cōcīsores,  
& ab ea diuīsi. CAPVT. VI.



Videte concisionem, Apostolus vt supra. Vt secundum  
Iacobum Fabrum Stapulensem, aduertite concisionem.  
Nicolaus de Gorra, Videte. i. cognoscite illos esse con-  
cisionem & non circūcisionē, & est vrbana derisio, quia  
a Christo excisi sunt, & alios conantur excidere, ecclesie  
enim vnitatem scindunt & dissipant, & sic videte canes, qui quod in-  
tegrum est dilacerant. Matthæi septimo. Ne canes conuersi disrum-  
pant vos. Vnde hæretici & scismatici inconfutilis tunicæ saluatoris  
sunt diuifores, quam tamen milites Pilati diuidere noluerunt. Hie-  
ronymus. 2. li. contra Iouē. Quadringenti anni ferme sunt, quod prædica-  
tio Christi fulget in mundo, ex quo innumerabiles hæreses tunicā  
conciderunt, que significat vnitatem ecclesiæ. 16. q. ca. vltimo, sicut  
domini vestimentū. Ecclesiæ enim secundū Amalarium in. 2. lib. de of-  
ficiis diuinis ad Caro. imperatorē, & conuocatus populus per mini-  
stros ecclesiæ, ab eo qui facit vnanimes habitare in dōmo. De ista tu-  
nica sic inquit Gotfridus ordinis nostri in libro dicto Pantheon.

Mittitur a cælis puero dignissima vestis.

Hæc inconfutilis mira colore fuit.

Hanc pater a cælis misit non foemina neuit.

Longa fuitq; breuis, puero crescentēq; creuit.

**H**isunt homines inquieti & indomiti, quemadmodū vulpes ne-  
quaquam mansuefcit secundū Ambro. super Psal. Beati imma. Hic  
est q; dicit Hiero. super illud. Esa. 13. Gigātes veniunt implere furorē  
meum, &c. Dicit omnes hæreses contrariæ veritati rebellant deo.

## De hæreticis in gñali

Omnes hæretici sunt gigantes, qui gaudent in errore suo, & tunc maxime gloriantur quando ecclesiæ contumeliam faciunt. Proinde ecclesiæ oppugnatores conuincuntur. Hierony. in Ecclesiasten, Siqui dem hanc veritatis & sapientiæ ciuitatem confirma sit, & robusta, omnes hæretici impugnare conantur, sed frustra laborant cum ambulent in deserto, & ciuitatem habitaculi inuenire non valeant. Et sic omnis hæreticus odibilis est, causa est, quia isti ficti & maledicti homines sunt, sicut Samaritani, qui secundum Hierony. in Amos, dant aquas ex quibus qui biberint, semper sitiunt, & ardorem faucium siccarum refrigerare non poterunt, & sic sunt coniuratores, quorum coniuratio est consensus multorum in vnum. Et gætes quæ bella volunt propter genera diuersarum sectarum, hæc est gens excelsa propter superbiam, gens peregrina, quia filii alieni facti sunt, gens pessima. Esa. xviii. Gens insueta pacis, tumultui assidua, gens immittis & intractabilis. Pro quibus violenti contra infirmas fidelium mentes inter se diuisi. Glo. Deutero. 32. Hæreticorum tor domini sunt, quocumque errores colunt. Et finaliter sunt similes magis Pharaonis. 2. ad Thimo. 3. quemadmodum isti Iamnes & Mambres resistunt Mose, & hi resistunt veritati, homines mente corrupti & reprobi circa fidem, contentiosi & deo odibiles. Et ratio prædictorum est, quia hæresis est grauissimum peccatum, subuertens fundamentum omnium bonorum. Agathon nominatissimus inter patres in virtute humilitatis & patientiæ, multas culpas sibi a fratribus obiectas, patienter sustinuit. Cum autem affirmaretur esse hæreticus, hunc sermonem sustinere non potuit, rationem dedit, quia hæresis est separatio a deo, & hæreticus coniungitur diabolo & angelis eius, alienatus enim a Christo iam non habet deum quem exoret pro peccatis suis.

**I**nsensibilibus & inanimatis hæretici sunt similes. CAPVT. VII.

**S**unt velut arbores autumnales, bis mortuæ, eradicatæ, sic scribit Iudas Thaddæus de hæreticis, qui sunt arbores autumnales infructifere, id est, sine fructu bonæ operationis, qualis est Tamariscus in deserto secundum Ignatium, bis mortuæ in anima & corpore, in intellectu sine charitate, eradicatæ a radice charitatis, a fundamento fidei, a corpore ecclesiæ, quamuis corpore



videantur esse in ecclesia, quia multos tales portat ecclesia, secundū  
 Aug. in quest. euange. Hæresis enim, vt dicit Ioan. an. in nouella ex-  
 tra de scism. dicitur ab herisco. i. diuido, hæresis nempe omnem ho-  
 minem separat ab ecclesia. 1. q̄. vii. cap. conuenientibus. Dixit Ioan-  
 nes Apocrifarius orientalium sedium, sunt hæretici a communione  
 Christi fidelium diuisi etiam post mortem. Esa. 38. Orietur in diebus  
 eius spinæ & vrticæ & cucurbitæ draconum & pascuæ struthionum  
 & occurrent demonia. Spinæ sunt a quibus nullus sapientum vnam  
 aut ficum sanctitatis vel virtutis poterit inuenire, sed cruentant a  
 proximis. Hinc est quod hereses sunt portæ inferi, quia per eos ad in-  
 feros intratur, vt dicit Ioan. de Turrecrem. 1. q̄. 3. capi. saluator. Di-  
 cit quoque Tho. Braban. n. li. apum, hæreticorum conuenticulorum  
 si quæ dici potuit matrix, dirupta & scissa est, ideo fetus suos gene-  
 rare non potuit. Hinc Esa. conqueritur. Venerunt filii vsque ad par-  
 tum, & non erat virtus pariendi. Hæreticorum ciuitas inutilis est, &  
 lapides ex quibus extracta est, in præceps detrahuntur. Micheæ. 6.  
 O ciuitas pessima in iuquitate extracta. s. ab hæreticis, seminabis pec-  
 cando & non metes in auditoribus proficiendo, & sic radix eorum  
 exsiccata est, vt & fructum nequaquam facit. Osee. 9. Vnde & insta-  
 biles vt cameleontes ab ecclesia recedunt, & nubes sine aqua, quæ a  
 ventis circumferuntur, & fluctus veri maris despumantes suas con-  
 fusiones, & sunt fontes & lacus contriti, non habent aquam sapientiæ  
 salutaris nebulæ, turbinibus & ventis tempestuosis superbiæ exagi-  
 tati, & habent imaginem nequitie, in quibus est falsa moneta a dia-  
 bolo facta, quam bonus trapezeta reprobatur, & statera dolosa, id est  
 falsa expositio scripturarum, more falsorum mercatorum. Osee. 12.  
 Canaan qui interpretatur negociator, hæreticus mercatorum anima-  
 rum in manu eius statera dolosa calumniam dilexit. Isti sunt mōtes  
 Gelboe, de quibus. 2. Reg. 1. Gelboe decursus interpretatur, quia hæ-  
 retici extra ecclesiam decurrunt. Stephanus Tegleatus archiepiscopus  
 Patracensis dicit. Mali montes sunt quibus maledixit Dauid, di-  
 cens. Montes Gelboe necros & c. lubricum interpretatur Gelboe, &  
 sunt impii hæretici, montes vtrique volubiles, lubrici & instabiles,  
 in quibus quia veritas non est, quicumque ascendunt eis que credunt,  
 aut ad eos confugiunt, facile corruunt. Hæc est enim terra maledicta,  
 non triticum generat, sed lolium spicis corruptis & pallis aristarum  
 fractis velscissis. Dicitur etiam hæreticus absinthium, quia amaritu-  
 dinem perturbationis inducit in ecclesia, & cibum sacræ scripture  
 amarum reddit, & veritatis dulcedinem amittit, & vere est puteus  
 abyssi propter profunditatem malitiæ, & propter tenebras conscien-

b



me. Sed quid istis immoror: nam cum Hierony. in apologia ad Pam-  
machium & Oceanum dicere possim. Nō mihi diues Ciceronis lin-  
gua, nec feruens Demosthenis oratio sufficeret, vt possim implere  
sermonem, si velim hæreticorum fraudes prodere.

**C** De hæreticorum communicatione vitan-  
da.

CAPVT. VIII.

**H**æreticum hominem post primam & secundam correptionem deuota, quia subuersus est qui huiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus, ad Titum. 3. & 2. 4. q. 6. 3. dicit Apostolus. Exemplo enim sanctorum, hæretici sunt vitandi, sicut Ioannes euange. fugit Cerinthum, & Ignatius sæpe in epistolis suis ait. Fugite hæreticos, diaboli soboles, & vt scribit Athanasius. Nunquam sanctus Antonius se miscuit eorum communioni, antequam eorum sciens transgressionem atque prauitatem. Vitandi enim sunt vt fallaces medici, qui sub specie boni ministrant venenum, & venditores sunt filiorum ecclesie, facientes eos ethnicos, vt longe sint ab electorum numero. Et vt hostes Christi, qui deberent esse filii dei secundum Robertum Holkot super lib. Sapient. Sunt enim vt leprosi, contagiosi. Hierony. super Amos. Odit deus quotiescunque congregati sunt hæretici in nomine eius. Detestatur foetorem eorum & claudit nares suas. Et idem in trac. de diuersis lepre generibus. Colores leprarum diuersi, diuersis hæresibus aptantur, nam hæresis non solum est foetida & infectiua, immo & fundamenti Christianitatis corruptiua. Et Franci. de Retza in. 4. parte super Salue, profusissime deducit quod hæretici comparantur leprosis. Nume. v. Eiiciant de castris omnem leprosum, id est, hæreticum. Et. 2. Paral. 27. Ozias non regalibus sepulchris, non in ciuitate Dauid, sed in agro sepultus est, eo quod esset leprosus. Glosa. Hæretici indigni sunt societate & communionem sancte ecclesie, quia erroribus maculati & cætera. Et sic Nume. xv. dicitur. Separamini a tabernaculis hominum istorum durissimorum. Et quare vitandi sunt, nam excommunicati sunt de facto, extra de here. cap. excommunicamus. Excommunicatio enim secundum Petrum de Aquila in. 4. est exclusio alicuius a communionem fidelium, & pro graui peccato mortali, quod sequitur contumacia, infligitur. A deo enim vitandi sunt hæretici, qui propria sponte diabolo suadente se a nobis segregarunt, vt ab ecclesia sint separandi, nec in cœmiteriis nostris sepellendi. Esa.

14. Quasi cadaver putridum, non habebis consortium, neque in eis  
 sepulturam. Et Osee nono. Non habitabunt in terra domini, expo-  
 nit Hierony. de hereticis, sed memphis sepeliet eos. Vnde Rupertus  
 abbas Tuitien. super illud Apocalip. Atrium quod foris est, noli me-  
 tiri. Inquit, illud atrium, id est illos hereticos qui sunt sicut atrium,  
 quod templo quidem vicinum est, sed in templo non est, ne metiaris,  
 id est nihil ad illos pertinere contesteris mensuram illam, que data est  
 his qui receperunt deum, quique credunt in nomine eius, scilicet po-  
 testatem filios dei fieri. Quare? Quia datum est gentibus, quoniam  
 inter gentiles reputantur, dicunt se Christianos esse, sed mentiuntur,  
 & cum gentibus eodem malignitatis spiritu debacchantes, Christia-  
 nos persequuntur. Ex quibus sequitur, quod cum hereticis non est  
 communicandum, nec cum eis cibum sumere debemus, nec in do-  
 mo, nec in terra foueantur, nec negociatio cum eis exerceatur. Sic  
 h. Ioannes. i. dicitur. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non ha-  
 bet, nolite eum in domum ducere, nec aue ei dixeritis, qui enim di-  
 cit ei aue, communicat operibus eius malignis, vbi dicit glo. Tanta  
 apostoli tunc in religione utebantur cautela, vt nec verbi quidem  
 communionem cum aliquo eorum, qui a veritate deuauerunt, ha-  
 bere paterentur. Et. xxiiii. q. i. que dignior. Si qua est ecclesia que fi-  
 dem respuat, nec apostolicę predicacionis fundamenta possideat, ne-  
 qua labę pſidię possit aspergere, deferenda est. Et diuus Theodosius  
 imperator statuens leges in hereticos, dicit. Vt ecclesias non habeant,  
 neque episcopos, aut clericos ordinent, sine honore sint, & a ciuilitate  
 communi expellantur. Nam ex tali familiaritate, aliis daretur oc-  
 casio erroris. Augustinus in regula. Hoc non sit crudeliter, sed mise-  
 ricorditer, ne contagione pestifera plurimos perdat. Vna ouis mor-  
 bida & cetera. Et. 2. Corint. 6. Exite de medio eorum. Itemque in om-  
 ni actu legitimo debent vitari. Nam secundum Brixiensem, hereti-  
 cis omnis appellatio prohibita est, & iudex ex officio suo repellit he-  
 reticum ab agendo, testificando, & aduocando. Et Caius papa dicit,  
 Heretici non possunt Christianos accusare, aut vocem eis infamatio-  
 nis inferre. Dicit tamen dominus Ioannes Anto. xxxiiii. distinct in  
 mandatis. Cum hereticis possumus loqui quantum ad ea que pos-  
 sunt eos reducere ad fidem. Et dicit Bar. C. de hære. Excommuni-  
 catus pro hæresi, non potest facere testamentum, nec publica con-  
 ficere instrumenta. Et omnis hereticus indistincte ab omni digni-  
 tate deponitur. Sed dubium est, an hereticis detur copia defen-  
 dendi se? Dicit Henricus Bonchit extra de hære. capitulo si aduer-  
 sus, Hereticis datur audientia, seu copia se defendendi in foro pœ-

nitentiæ & interiori. Sed in foro iudiciali & exteriori distingue, Aut sunt hæretici penitus occulti, qui conuinci non possunt, talibus non negatur legitima defensio, quia ecclesia non iudicat de occultis. Aut sunt conuicti, tunc non admittuntur ad defendendum hæresim, nec sunt audiendi, nec super crimine hæresis, nec super bonis eorū. Quæ liter autem debeant confici libelli ad accusandum hæreticos, docet Guilhelmus Durandi in quarto lib. speculi iudicialis.

## Hæretici sunt persequendi & puniendi.

### CAPVT. IX.



Xurgat deus & dissipentur inimici eius. Et alibi Pfal. reddit rationem, quia dissipauerunt legem tuam. Soler enim plures pœnarū grauitas magis quā timor dei, arcere a voluntate peccādi. Ideo vt hoc pestiferum vitium propter aliorum terrore euellatur, adhibuit ecclesia diuersa pœnalia remedia. De pœna spiritali quæ exercetur per mutionem ex cōmunicationis, dictum est in præcedenti ca. De pœna autem æterna, quæ debetur hæreticis, dicitur in sequenti ca. Primum enim locum in pœnis habent, qui a deo aberrāt, vt dicitur in epist. Clem. Pro quo notandum, q̄ reges & principes debēt exurgere & filios iniquos psequi, & restringere per corporalem punitiōnem, quemadmodum in lege veteri Helias prophetas Baal interemit, & Marathias filios superbix persecutus est. Pfal. Quis cōsurget mihi aduer. malig. aut stabit mecum aduer. operantes iniq. Habent enim domini temporales tueri ecclesiam. 23. q. 4. Sicut excellentiam vestram ex hostilibus bellis, in hac vita dominus victoriarum fecit luce fulgere, ira oportet etiā inimicis ecclesiæ omni viuacitate mentis & corporis obuiare. Et infra. Eminentia vestra conatus hæreticorum cōprimat, & superbas eorū ceruices iugo rectitudinis præmat. Sunt etiam ad fidei quā reliquerūt receptionē compellendi & puniendi, per rerum corporalium spoliatiōem, dist. 18. quod iure, vbi dicitur, Relegantur leges, manifestæ præceperūt imperatores, q̄ qui præter ecclesiæ catholicæ cōmunionem vsurpant sibi nomē Christianum, nec volunt in pace colere pacis autorē, nihil nomine ecclesiæ audeāt possidere. & C. de apostatis, si quis. Apostatarū bona dominio fisci publicantur. Et dicit Gotfri de Trano in expositione tit. decre. quod catholici possunt hæreticos propria autoritate spoliare, quia ecclesia generalem eis autoritatē præstitit, vt eos exterminēt. Ad hoc enim

datus est gladius malis imperatoribus, sicut habetur. 2. Mach. <sup>14</sup> v. qd'  
 Hieremias extendit dextrā, & dedit Iudę Machabęo gladium aureū,  
 di. Accipe gladium sanctum munus a deo, in quo deiciēs aduersa,  
 populi mei Israel. **V**nde per Mosen dñs dicit. Gladius meus mandu-  
 cabit carnes. **V**nde nota secundum Petrum de Ancof. super. 6. de  
 hære. quod cognitio contra hæreticū spectat ad forum ecclesię, exe-  
 cutio vero ad iudicem sęcularē, consuevit enim esse pœna ignis quā  
 ecclesia non imponit. Sic dicitur extra de hære. Nos itaque inquisitio  
 ni tuę de fratrum nostrorum consilio respondemus, qui post abiura-  
 tionem deprehensi fuerint in hæresim decidisse. sine vlla penitus au-  
 dientia relinquendi sunt iudicio sęculari. **V**bi nota quod secundo re-  
 lapsis, ecclesia gratiam non indulget, quia si hæretici reuertētes sem-  
 per reciperentur & conseruarentur in vita & alijs temporalibus bo-  
 nis, esset in præiudicium salutis aliorum. **V**nde Amb. quādam dicit  
 esse misericordiam iniustam quando facilitas venię incentiuum præ-  
 bet delinquēti. **Q**uisquam ne eum misericordem dicere audeat, qui  
 vt vnum leuius puniat, cateruas hominum deicit in voraginē pec-  
 catorum, immo deus in quo maxime misericordia excellit, iterdum  
 mīam execratur. Ait enim Deute. 32. Non misereberis eius & aue-  
 res noxium sang. de Israel, vt bene tibi sit. Et. 3. Reg. 20. quia dimisisti  
 virum dignum morte, erit aīa tua pro aīa eius, & 2. Mach. 6. cōditor  
 libri exclamat, di. Etenim multo tpe non sinere p̄cōribus ex senten-  
 tia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficii est indicium.  
**R**ursus sicut dicit Millis de Verona in suo repto. Hæretici & eorū fau-  
 tores & aduocati & ipsorū hæredes, vsq; ad scđam p̄geniē, sunt iha-  
 biles ad beneficia tp̄alia, & honores, & publica officia. **P**ræterea si hæ-  
 retici sine pœna euaderent, alii securius in hæresim laberētur. Eccles. 8.  
 quia nō cito proferē contra malos sn̄a, absque timore vllō filii hoim  
 ppetrant mala. **I**deo reuertētes ad p̄niam recipiunt, non aut vt libe-  
 rent a sentētiis mortis. **E**t ergo ad p̄monendū p̄latos, notanter dicit  
Gerson in de examine doctrinarum. Illi culpant rōnabilr, qui ex offi-  
 cio resistere hæresi introductę debētes, facti sunt speculatores cęci, ca-  
 nes muti, nauæ stulti nauē ecclesię naufragiis oibus exponētes, quā  
 regere nec sciunt, nec volunt, scientibus denique volētib; que suc-  
 currere viā claudunt, ipsos abiiciūt, infamantes spernunt. **I**deo dicit  
Barthol. de Pisis, quod archiep̄i & ep̄i, qui circa extirpandos hæreti-  
 cos fuerint negligentes, debent deponi, & alii substitui. **E**t hæc suffi-  
 ciant dicta de pœnis hæreticorum. **S**ed tamen notat Ioannes Teuto.  
 v. lib. casualium, quod si religiosi iuuenti fuerint in hæresi deliquisse,  
 grauius puniendi sunt quam sęculares.

Scamra



haeretia  
calis.

## Capitulum decimum.



Ea est vltio, & ego retribuam in tempore, vt labatur pes eorū, iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Deut. 32. **V**ides hanc statuam lector qua hæreticum exprimere volumus. Et merito quia secundū Hiero. in tertium Dañ. Hæretici fulgore eloquentiæ secularis falsum dogma componūt auream statuā facere, & quantū in se est persuasione cōpellere, vt cadētes adorent idoliū falsitatis. Stat nēpe sublimis, capite leuato in cēlū, qđ fastuoso pileolo insignitū est, per hoc velim itelligas supbiā hæretici & ābitionem, iuxta illud qđ dicit glo. sup Esa. 27. Hæretici qui eleuantur in superbiā, qui ecclesie humilitate contēpta, sibi excelsa promittunt, dogmatum suorum montes ascendunt, & ibi cubile suum de monibus prostituunt. Et Hierony. super Amos. 2. Principes hæreticorum intumescunt superbia, declinantes ab illo qui superbis resistit, nam iactantia facit hæreticum. Et sicut illi antiquo hosti patuit ruina magna, ita iuxta est dies perditionis hæreticorum vt labatur pes eorum. **Q**uare pinximus eum ligatis pedibus catena, cuius longitudo protenditur in infernum. Sapient. xvij. Vna catena tenebrarum omnes erant colligati, quibus procella tenebrarum cōseruata est. Iudē. i. Et glo. super illud Oseæ. v. Vidit Iudas vinculum suum, dicit. Hæretici aliquando se funibus peccatorum constrictos vident, nec dei consilium querunt, sed diaboli, qui est vltor peccatorum, & cum eo iuste damnantur. Prouerbiorum. 7. Inclinata est ad mortem domus eius. Hæreticorum enim domus, quia super arenā construitur, & cum stare videtur, vergit in occasum, id est ad impiorum consortia. Item sub columna in qua stat hæreticus, depingitur infernus. **V**ulpes enim nulli vsui aut cibo vtilis est, nisi vt mittatur foras, sic de hæreticis dicitur, partes vulpium, id est demonum, erūt. Et subiungitur in themate, iuxta est dies perditionis. 2. Pei. 2. eum qui emit eos deum negant, superinducentes celerem perditionem. Iudē. ca. v. nico. Ve illis qui in contradictione Chore perierūt. **B**eda, contradictione Chore, qui viuus ad infernum descendit intereunt, quicunq; appetitu indebiti primatus abvntitate ecclesie se fecerūt. Hiero. in Esaia. Prope est & istat quoridie tēpus ruine hæreticę, nō differt eorū subuersio. **N**onne oēs hæretici cito mercedē iniquitatis acceperunt? **M**ahomet morbo apoplexię vexatus, oreo infernali traditus est. **I**ulianus apostata Mercurii lancea perfoissus est. **A**rrius meo

dius crepuit. Ioannem Hull & Hieronymum Pragensem, vltrix flamma combussit. **V**bi Heluidius, Bonacius, Eratius, Eustathius, Imbianus, Lapidæus, & reliqua cohors hæreticorum, nōne cum suis fequacibus interierunt, & quasi aqua decurrens ad terram caliginis dilapsi sunt. **H**ilarius in epistola ad Donatum diaconum, Theologia superauit hæreticos, prostrauit omnes aduersarios, **v**bi quæso scisma Pelagii, barbaries Manichei, &c. **R**euera ammodo non cōparent. **E**t. 45. Abierunt in confusione fabricatores errorum. &c. **E**t Hiero. super illud **E**zechiel. 13. Erumpere faciam spiritum tēpestatum in indignatione mea. &c. **H**æc omnia de hæreticis dicere possumus, omnia enim eorum figmenta ira dei soluantur. **H**æreticus aure diabololum excipit. **I**gnia in epistola ad Philostendens diabololum incensore malorum, inquit. Tu incense draco apostata serpens, a deo discedēs, a Christo separatus, a spiritussancto alienus, & a choro angelorū exulans, iniuriator legis, & legitimorum inimicus. **E**t. 16. q. 2. **V**isus literis, scri. Ioan. papa Isaac Syracusano episcopo, **H**abet versutus hostis mille nocendi modos, conatur nāque a principio ruinæ suæ, vnitatē ecclesiæ rescindere, & omnibus modis humanum genus euertere & perturbare.

## De hæretici diffinitione & qualitatibus.

### CAPVT. II.



**R**esert Augustinus in li. de vtilitate credendi, & 24. q. 3. **H**æreticus est qui alicuius temporalis commodi, & maximæ gloriæ principatusque sui gratia, falsas ac novas opiniones gignit, pertinaciter defendit, vel sequitur. **E**t secundum Rainerium in pantologia, ex hac diffinitione duo essentialia hæresi eliciuntur. **P**rimum, nouas & falsas opiniones gignere vel defendere, quod pertinet ad maiores hæresiarum & eorum superbiam. **S**ecundum est illas opiniones sequi, quod pertinet ad hæreticos minores & eorū auariciam, quia tpalis cōmodi gratia. **T**haddeus, **V**e illis qui errore Balaā mercede effusi sunt. **B**eda, errore Balaā pereunt, qui pro amore terrestriū cōmodorum, veritatem quā norunt impugnant, & hoc contumaciter, ab eo enī quod alicui perfectē habitum est denominatur. **E**t dicit **A**lex. de Hal. quod tria faciunt perfectam hæresim, scilicet falsa credulitas, peruersa voluntas & pertinax defensio. **E**t secūdn̄ Petri de Tarantasia in quarto. **H**æresis habet initium in ratione, & complementum in voluntate. **I**nsuper hæresis principaliter consistit in corde, id est, in consensu mentis vel voluntatis, secundum **H**ilarium, sed secundario in ore.



**Hieron.** Ex verbis inordinate prolatis, incurritur hæresis. In argumē tum huius dicit **Azo** prima parte C. Hæreticus est, qui vel leui argu mēto a iudicio catholicæ religionis & tramite detectus fuerit deuia re. Leuia enim signa faciunt ad probandū hæreticum, dicit **Ioan. de Imola**, & idem **Archid.** in. c. vt officium de hære. lib. 6. Dicit tamen **abbas in. i. c. de hære.** & post eum **Ant. Corseti**, Hæreticus non est, li cet dubitet de fide, & scrupulum habeat conscientiæ, non tamen ha bet firmitatem animi, nec perseueret in quadam pertinacia, sed con format se cum fide ecclesiæ. Et ergo hæresis quādoq; dicitur ab erro, & secundum qd est nomē græcum importat diuisionem, quæ oppo nitur vnioni fidelium, vel importat electionē. 2. 4. q. 3. Hæresis græce ab electione dicitur, quod scilicet eā vnusquisq; eligat disciplinā, quā putat esse meliorem, secundum autē quod est nomen latinū, dicitur ab hærendo hæreticus, igitur ex vi nominis dicitur quasi electiuus & quasi adhesiuus & diuisiuus, nā primo doctrinā falsam eligit, & post illi electæ, pertinaciter adhæret per quam ab aliis diuiditur & separa tur. **Rabanus Actuum. 5.** Hæresis scissio interpretatur, vel dicitur ab electione, quia spretis aliorum dictis quod sequēdum putat elegit.

**De hæreticorū diuisione. CAPVT. XII.**



**Q**uorundam hominum peccata manifesta sunt, præce dentia iudicium, quorundam autem subsequuntur. i. occulta sunt. i. ad **Timo. 5.** Sic cōformiter duplices repe riuntur hæretici. **Q**uidam manifesti qui contra fidem publicæ prædicant, aut profitentur, aut defendunt erro rem. **H**ic est notandum quod **Inno.** certius enumerat extra de verb. si. sex genera hominum, quos asserit esse hæreticos m̄ifestos. **P**rimo contra fidem prædicātes, & secundū **Guil.** Occam in de potestate pa p̄libro tertio intelligitur, quando contingit aliquem publicæ præ dicare contra fidem simpliciter, & absque omni protestatione, & qd nunquā ab assertione sua erronea desistat, & non paratus corrigi ta lis est pertinax, ideo censendus hæreticus. **S**ecundo profitentes erro rem fidei contrarium. Professio enim a voluntate firmata solet pro cedere, & similiter omnes iurantes se errorem aliquem fidei Christia nę contrarium seruaturos. **T**ertio qui defendunt errorem cum asser tione temeraria. **Q**uarto conuicti coram prælatis. **Q**uinto condem nati a prælatis de hæretica prauitate. **S**exto confessi, & tales secundū **Ruber. Tuitiē.** super Apoca. intelliguntur per **Magog**, quod inter pretatur de tecto, quia illi sunt manifesti, & operibus & verbo nobis aduersantur, & talibus cum **Antichristus** venerit, se falsi Christiani



## De hæreticis in generali:

- 2 sociabunt, pariterq; cum illis vim facient veris & simplicibus Christianis. Alii sunt hæretici secreti, qui eorum quæ sunt fidei, errorem in mente habent, proponentes habere pertinaciam in voluntate, tamen verbo vel facto exteriori non ostendunt. Et tales intelliguntur per Gog, quod interpretatur rector, & per rectorum falsos intelligimus fratres, qui intus sunt, & nobiscum proficitur nomen Christianum, pro eo quod nondum sese produnt, quia rei vel temporis occasio illis deest. 3 Quidam sunt hæretici affirmatiui, qui habent errorem eorum quæ sunt fidei in mente, & verbo vel facto ostendunt se habere pertinaciam in voluntate. Hæretici vero impœnitentes & pertinaces sunt, quibus perfidiæ radices & errores in fide ostenduntur, & qui dum mandatum est vt resiliant ab errore, illum abiurent, & satisfactionem faciât debitâ, nolunt obtemperare, immo pertinaciter perseverant. 4 Contrario dicuntur hæretici pœnitentes. Quidam sunt hæretici negatiui, qui coram iudice fidei per testes legitimos de aliqua hæresi rite sunt conuicti, sed non consentunt, immo constanter negant, & verbo solum fidem catholicam profitentur. Hæretici autem relapsi seu relabentes sunt, qui postquam vt pœnitentes hæresim abiurauerunt, post abiurationem in eandem hæresim sunt relapsi. 5 Hæresarchæ sunt, qui errorem eorum quæ sunt fidei, inuenerunt vel confinxerunt, vel inuentam & confictam alios docent, & magistri & principes errorum efficiuntur.

## De hæreticorum fautoribus.

### CAPVT. XIII.



Ignisunt morte nō solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, ad Rom. i. Consentientes enim cū facientibus, par comprehendit poena. Huiusmodi sunt multi, quidam enim hæreticorum erroribus sunt credentes, verbis & factis & propria confessione dicentes se credere eorum erroribus. Et dicit Angelus de Clauasio. Hæretico credens dicitur, qui proprio ore dicit se velle mori in fide talis hæretici, vel qui dicit se credere erroribus illius, vel qui reuerentiam exhibuerit, aut consolationem, vel cōmunionem in morte, vel in infirmitate ab hæretico receperit, vel qui similia perpetraverit, quæ ad ritum hæretici pertinent. Secundo sunt hæreticorum receptores, & dicuntur qui frequenter hæreticos recipiunt in domus suas scienter, & hi dicuntur etiam hæretici. Hæreticorum defensores sunt, qui defendunt eorum errorem, & hi damnabiliores sunt illis qui errant, &

non solum hæretici, sed hæresiarchæ sunt habendi. Qui enim defen-  
 dunt viribus suis personam hæretici ne ad manus iudicis perueniat  
 sunt excommunicati. Hæreticorum fautores, maxime publicæ per-  
 sonæ sunt, quæ omittunt facere ea ad quæ ex suo officio obligantur cir-  
 ca hæreticos, vel captos hæreticos sine licentia episcopi vel inquisi-  
 toris a carcere liberant, vel processum iuridicum impediunt. De hæ-  
 resi suspecti vehementer sunt, qui talia peragunt ex qualibus oritur  
 magna suspicio contra eos, & debet mandari eis vt abiurent genera-  
 liter omnem hæresim, & si oriatur ex illis violenta suspicio, hæretici  
 sunt habendi. De hæresi diffamati sunt, de quibus est publica vox  
 & fama, & communiter omnes simplices dicant, quod talem hære-  
 sim habeant, istis est canonica purgatio indicenda. In hæresim lapsi  
 sunt, qui prius fuerunt lapsi, & relabuntur in hæresim abiuratum, &  
 similiter qui statim aliqua hæresi dānata ab ecclesia, & dicit Felinus  
 Sandæus in capitulo excommunicamus, de hære. quod volens redi-  
 re ab hæresi, licet euitet pœnā mortis, & tradatur carceri perpetuo,  
 si talis fugeret ex carcere, ex hoc solo diceretur conuictus tanquam  
 relapsus in hæresim, & ita omnis audientia sibi denegaretur. Impe-  
 ditores officii inquisitionis sunt, qui captos pro hæresi a carcere pro-  
 pria temeritate liberant, vel processum inquisitoris lacerant & impe-  
 diunt, & testes in causa fidei vulnerāt, tales sunt multum culpabiles  
 & si habent errorem in mente cum pertinacia, sunt excommunica-  
 ti. Ex quibus omnibus infertur quod hæresis est peruersus recessus  
 a fide ecclesiastica, quam quis prius tenuit. Et opponitur fidei sicut  
 peccatum mortale charitati, & est peccatum in spiritum sanctū, quia  
 est impugnatio veritatis agnitæ, & opponitur primo præcepto pri-  
 mæ tabulæ, & comprehenditur sub vana religione, & in quantum re-  
 spicit intellectum, est in genere falsæ credulitatis, in quantum respicit  
 affectum, est in peccato, quod est in voluntate.

*Defin sors*

*on est imp no  
habe nec*

## De scribentibus contra hæreses & hæreticos.

### CAPVT. XIII.



Harissimi, omnem sollicitudinem faciēs scri-  
 bendi vobis de communi vestra salute, ne-  
 cesse habui scribere vobis, iquit sc̄tus Thad-  
 deus, & hoc propter hæreses insurgētes, quo-  
 niam multi pseudoprophetæ exierūt in mū-  
 dū, & illi, vt ita dixerim, fabulones. i. qui fal-  
 sas fabulas, perplexasque hæreses contexe-

run, ideo vt iuxta glo. super illud Prouerb. x. Sicut acetum dētibus, & fumus oculis, sic hæreticorū perfidia, bonis doctoribus molestiā generat & lachrymas, & p cōsequens labores & sudores scribēdi cōtra eos & eorū errata varios libros, tractatus, & eptās, & hoc necessārio, ad Phil. 3. eadem vobis scribere mihi non pigrum, vobis autem necessārium cōtra instātes canes & malos operarios. Et hoc merito, nam & hæretici incessanter non dimitunt scribere libros erroribus refertos, contra quos dicitur Esaie. x. Ve qui cōdunt leges iniquas, & scribentes iniusticiam. Quę autem maior iniustitia quam hēresis, quę rectitudini fidei inimicatur, & quoque annotauit certos viros ecclesiasticos, scribentes contra hæreticos, hoc ordine.

**A**ugustinus librum vnum scripsit de hæresibus.

**B**asilius ad Enthitas epistolam vnam contra hæreticos.

**B**uconius Castellianę Mauritanię oppidi episcopus, scripsit aduersus Iudeos & Arrianos & alios hæreticos, secundum Gennadium.

**C**elestinus episcopus Brixien. librum vnum de hæreticis.

**C**elsus sex volumina tradidit de hæresibus & opinionibus philosophorum.

**C**yrillus Alexandrinus aduersus hæreticos librum vnum, qui elegias interpretatur, in quo Nestorū occulta panduntur & prodita cōfutantur.

**C**yprianus inter magnos habitus, & a multis in catholica fidei sanitate laudatus, doctor eruditissimus & martyr fortissimus, scripsit. 86 libros.

**C**lemens Alexandrinus, vt dicit Ado Panthei auditor, librum vnū contra hæreses.

**E**piphanius episcopus Salaminę in Cypro, aduersus omnes hæreses librum scripsit.

**G**ennadius episcopus Massiliensis de se testatur in. 2. lib. illustrium virorum. Scripsit, inquit, aduersus omnes hēreses libros octo.

**G**uido quidam, vt dicit Ioan. Nider in. 3. lib. fornicarij, de hēresibus diuersis latissime scripsit.

**H**ilarius Pictauien. contra hæreti. diuersa volumina edidit.

**I**renęus episcopus & martyr, sancti Policarpi auditor, cōpilauit quęque libros contra hēreticos.

**I**ulianus confessor, doctus græca & latina linguis, contra hæreses scripsit.

**I**acobus cognomento sapiens, Nisibinę ciuitatis Persarum episcopus, scripsit libros. xxv. de fide contra omnes hēre.

**I**oannes Chrysoft. contra Arrianorum hæresim, cōtra Martionem contra Cherintum, Ebionem, Arthemonem, atque Photinū, & contra omnes hæreticos, fortissimos libros scripsit.

**C**lustinus philosophus de Neapoli, pro religione Christi plurimū laborauit, & scripsit contra omnes hæreses.

**Φ**ilaster Brixianus episcopus, prolixissimum condidit de hæresibus librum.

**S**amuel Ediffenæ ecclesiæ presbyter, multa aduersum ecclesiæ inimicos Syro sermone *construere dicitur*, præcipue contra Nestorianos & Eutitianos & Timothianos.

**V**ictorinus Pietauienn episcopus, aduersus omnes fere hæreses libros plures conscripsit.

**V**incentius gente Gallus Lerinensis eruditus, ad vitanda hæreticorum colloquia, validissimam ædedit disputationem, quam cælato nomine suo peregrini aduersus hæreticos intitulauit.

## Hæreticos tolerat ecclesia.

### C A P V T. XV.



**S**inite itaque crescere vsq; ad messem. *Matth. 13.* Ratio præmittitur, ne forte colligentes zizaniam, eradicetis simul & triticum. Dominus non vult hæreticos permittere viuere absolute, & hoc propter criminis grauitatem. Hæretici enim cum sint deprehēsi, sunt interficiendi, multo fortius quam incendiarii vel falsarii, simile habetur *Exo. 22.* Statim cum Moses descendit de monte, mandauit quod frater interficeret fratrem pro peccato idololatriæ. *Et iterum.* Maleficos non patiaris viuere, i. hæreticos, quia a consortio fidelium qui vere viuunt, excommunicandi sunt, donec maleficium erroris in eis moriatur. & *23. q. 4.* Merito hæretici affliguntur in corpore qui occidunt animas. *Et si ipsi sempiternas mortes faciunt, tēporales se perpeti non conquerantur, & sic Deut. 7.* mā datum fuit, quod aras, s. hæreticorū populus subuerteret & sculptilia combureret. Sunt enim hæreses idola gentium. *Glo. super illud Zacha. 13.* Disperdam nomina idolorum de terra, i. figmenta hæreticorum. *Et Deu. 22.* dicitur. Non seres vineam tuam altero semine, i. hæretico, ne misceatur aliquid erroris, & corrūparur homo. Sed in casu tantum dominus prohibet granum a palleis separari vsque ad vltimum ventilabrum. Non enim esset vtile fidelibus quod ille tol

## De hæreticis in generali.

lerentur, necesse enī est in casu, vt mali sint permixti bonis per quos  
exerceantur, & quorum comparatione boni nitantur in melius, &  
maxime vbi aliqua inueniuntur, quibus adiuuentur boni, & quorū  
vexatione iustorum vita purgetur, & sic permittuntur hæretici quā  
do sine periculo nō possunt separari, id est, sine exterminio fidelium.  
(Tolerauerunt enim prophete eos, cōtra quos tanta dixerunt, nectam  
men communionem illius populi relinquebant. Esa. 52. Et Augusti  
nus in epistola ad Vincentium, vigesimatertia, q. 7. capi. pri. Non  
nullos toleramus quos corrigere nō possumus, nec propter paleam  
relinquimus aream, nec propter pisces malos rūpimus retia domi  
ni, nec propter hædos in sine segregandos deserimus gregem do  
mini, nec propter vasa facta in contumeliā, migramus de domo do  
mini. *fig<sup>a</sup>* De hoc figura Gene. 6. quod simul fuerunt in arca Noe mun  
da & immunda. Et in linteo quod vidit Petrus Actuum, 10. (quod  
ecclesiam designat) simul erant quadrupeda & volatilia. Nunc etiā  
bonos malosque quasi pmixtos pisces fidei ecclesie sarena trahit.  
Et. 2. ad Timo. 2. In domo patrisfamilias simul sunt vasa aurea & ar  
gentea in honorem, & fictilia & lignea in contumeliā. Sed in sarena  
Petri bonicum malis vsque ad littus perueniunt. Vbi Grego. Si  
cut enim mare sæculum, ita finē sæculi significat litus maris, in quo  
sine boni pisces in vasis eliguntur & mali proiciuntur foris, quia &  
electus quisque in tabernacula æterna recipitur, & interni regni lu  
ce perdita, ad exteriores tenebras reprobi pertrahuntur. Et sic secus  
littus sedentes piscatores apostolici sarenam impletam educunt,  
quia vero iudicio instante fecernendi pisces patebunt, & tunc eccle  
sia purgabitur ab omni spurcicia hæreticorum, & deo patri sine ma  
cula offeretur, tunc enim fatuæ virgines carentes oleo charitatis &  
letitiæ spiritualis, cælestem ianuam non intrabunt. 23. q. 5. ad fidem.  
(Si autem propter iniquitatem vestrī scismatis illi quidem correpto  
res sunt, vos autem estis sicut cæteri diuersorū scelerum rei, qui pœ  
nas legibus pēdunt. Profecto infelices & in hoc sæculo & futuro eri  
tis. Job quarto. Vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant do  
lores, & metunt eos, flante, id est, iudicante deo perisse, & spiritu iræ  
cius esse consumptos. ▼ Itor demum scelerū & hæresum deus vin  
dictæ tarditatem supplicii grauitatem compensat. Et Malachie quar  
to. Dies veniet succensa, & erunt omnes facientes im  
pietatē, & inflammabit eos dies veniens. Et orie  
tur vobis timentibus nomen meum  
sol iustitiæ, qui est  
Christus, in æternū benedictus. Amen.

## De inquisitore hæreticorum.

## CAPV T. XVI.



Errexit & cœpit trecētas vulpes, Iudicum  
 16. Ad inquisitorem enim hæreticę pravi-  
 tatis duo pertinent, scilicet Pergere & Cape-  
 re. Quo ad primum, prælati ecclesiarum &  
 inquisitoribus dicitur, Pergite, quia pericu-  
 losum est ipsis tantum stare, & adhuc peri-  
 culosius est sedere, perēptorium est autem  
 iacere. Pergat igitur inquisitor ex licentiã  
 sibi data ex officio iniuncto, & ex zelo eccle-  
 siæ ad exercendum suum officium, considerãdo quanta mala ex pe-  
 ste hæretica oriuntur. Ecce, inquit, Bernardus in secundo libro de con-  
 sideratione ad Eugenium. In agrum domini tui & considera quan-  
 tis adhuc de veteri maledicto syluescat spinis & tribulis. Perge igi-  
 tur, planta, riga, fer curam, sana contritiones, membra putrida ne  
 corpus corrumpant abscede, mala germina acuta succidere falce nõ  
 cesses, & in diebus tuis fidem catholicam custodias, & novas sopire  
 studeas doctrinas, & tuas exoluisti partes. De sancto Petro martyre  
 ordinis nostri legitur, quod cum a Cunis in Mediolannm pugna-  
 ret pro requirenda inquisitione contra hæreticos, sibi ab Apostoli-  
 ca sede commissã, quidem de credentibus hæreticorum prece & pre-  
 tio illorum inductus gladio interemit in via, sic canit ecclesia de  
 eo. Dum Samsonis vulpes quærit, ab iniquis emitur, caput sacrum  
 licet ferit, iusti sanguinis funditur. &c. Quis ergo est ille qui perre-  
 xit secundum intentionem thematis? Scriptura respondet. Samson,  
 in quo nomine exprimitur qualitas inquisitoris. Nam Samson so-  
 lis fortitudo interpretatur, in sole illustratio scientiæ sufficientis, in  
 inquisitore signatur. Solis enim est illuminare, sic inter planetas me-  
 dius ponitur. Inquisitor igitur non a casu, sed ab arte instituendus est  
 & debet esse doctus & expertus, & in his quæ ad suum officium per-  
 tinent, debet esse resolutus, & fulgere debet in gemina scientia Theo-  
 logica. s. & Iuridica, vt ex decretalibus ex libro sexto, & in clemen. &  
 certis extrauagantibus, sciat omnia cap. tituli de hæreticis, quæ sibi  
 prohibita sunt sub variis pœnis excommunicatoriis, & quomõ se ha-  
 beat circa testes & custodes incarceratorũ, & circa iuramentũ & circa

## De hæreticis in gñali.

totum processum iuridicum, & quando inquisitio fieri debeat, & de quibus non se intromittere debeat, & consulere debet doctos viros, bonæ famæ, vt sibi consilium præbeant, Theologos in foro conscientioso, Iuristas quo ad pœnas canonicas, Legistas in quest. ciuilibus & criminalibus, & sicut inquisitor in scientia debet esse perfectus, ita in etate puctus, quod magis sub allegorie mysterio admonet, dicēs. Non arabis in primogenito bouis, id est in etate iuuenili non inquiri. Hinc est quod ecclesia statuit, quod inquisitor habeat. xl. ānos, in clement. in de hære. ca. nolentes. & 21. q. sanctę moniales. Requiritur enim in iure legisse, & quod diligenter de hæreticorum libris inquirat, pro sua enim defensione hæreticivuntur libris apocryphis & suspectis, vt dicit Hierony. Quare eorum libri, tractatus, & articuli, scientia solerti examinandi sunt, & illorum libri recipi non debent, quorum damnantur autores, sicut. C. de hære. & Manich. l. damnati, dicitur. De impiis libris nefandi & sacrilegi Nestorię aduersus venerabilem orthodoxorum sectam scriptis, Ceterum non solum debet esse doctus, sed & fortis in sui officii executione, vt alter Samson leonem dilaniando, vt Helias legis zelator, prophetas Baal interficiendo, vt Matathias superbię filios vsque ad interitum persequendo, & dicat cum Psal. Persequar illos & comprehendam, donec deficient. Vnde Moses zelans pro domino. Si quis est domini, inquit, iugatur, ponat vir gladium super femur suum, ite & redite per medium castrorum, & occidat & cetera, Exod. 32. Sic sanctus Dominicus in suo ordine voluit associari sibi viros & gladium verbi dei, & inquisitiones inimicos dei persequerentur. De sancto Petro martyre ordi. no stri canit. Verbi semē seminat, errores exterminat, verbo pugnans fortiter. Atē de sancto Vincen. confessore. Hic errores prauitatis verbo vere vicit veritatis splēdidissime. De sancto Dominico. Vulpes dissipat Samsonis, & in tuba Gedeonis hostis fugat agmina. Nec pfecto contra huiusmodi leuiter, procedendum est, ne dum paucorum patientia postularis, nutrias audaciam perditorū. & factio robustior fiat, teste Hieronymo ad Theophilum Alexandrinum. Quid faciet pergendo, subditur, & cœpit trecentas vulpes, vt dicitur in primo secundi libri.

¶ Finis primi libri.



# CATALOGI HAERETICORVM

Liber Secundus. Prologus.



Epit trecentas vulpes. Iudiciū. xv.

Samsonis vulpeculæ sunt personæ labæ hæretica deprauatæ, facies habentes diuersas, sed caudas ignitas adinuicem colligatas. quia de vanitate flammæq; superbix conueniunt in hoc, vt segetem dominicam iam albicantem ad messem, et splendoribus fidei relucentem, morsu amarissimo demoliantur ac discursu subtilissimo pergunt, impetuque validissimo accedunt pariter, vt accendant, dissipent et deuasent synœritatem sanctæ fidei catholicæ subtiliter & damnabiliter. vulpes enim & principes hæreticorum terram ecclesiæ desolantes, vrbes hæreticorum incendio vastant illo igne, de quo dicitur Osee. vii. Omnes adulterantes quasi clibanus eorum. **V**ulpes enim dicitur quasi volupes, propter inuolutionem dolositatis. vulpes enim non rectis, sed tortuosis anfractibus & itineribus currunt. Hic sunt viæ hæreticorum. Iob. vi. Inuolutæ sunt semitæ gressuū eorū. Ambulabunt in vacuum, & peribunt. **V**el, vulpes dicitur a volando. Et hæreticorum pedes veloces sunt instar nubium volantium ad effundendum vesaniam suam in alios, & sic dicuntur sidera errantia secundum sanctum Thaddæum. **I**n super vulpes secundum Grego. in morali. vulpes sunt animalia valde fraudulenta, in fossis & specubus absconduntur. **V**ulpes etiam dum esurit, mortuam se fingit, & incautas volucres supra se tanquam super cadauer volitantes rapit. Nihilominus tamen vulpes nostræ hæreticales capiendæ sunt. **C**apite nobis vulpeculas scribitur Canti. ii. **C**apite. i. deprehendite & in lucem proferte dolosas hæreticorum versutias. **C**apite paruas ne maiores effectæ plus noceant & capi non possint. Grego. super Canti. Dicuntur paruulæ, quia quamuis contra veritatem intus superbiant, exterius in verbis tamen humilitatem per simulationem sectantur. **C**apite eas reti sanæ doctrinæ. **A**ugustinus in sermone de Samson. Quid aliud est vulpem capere, nisi hæreticos diuinæ legis autoritate deuincere, & sanctarum scripturarum testimoniis, velut quibusdam vinculis alligare atque constringere. **C**apite clamore prædicationis. **H**iero. ad Demetriadem. Coruscate dei verbo diaboli tenebræ repellendæ sunt. **C**apite officio inquisitionis & disputationis, **G**regorius super Canti. Vulpes. i. hæretici, a sano

vulpe h. h. h.  
13. 6. 10.

c. i.



Hæretici de litera A.

pō
 tis prædicatoribus capiuntur, quando instante alteratione sententiis veritatis conuincuntur. **Ruber**, Tuitiensis super Apo. a. Ecce congregatio taurorum in vasis populorum. Ecce tumultus hæreticorum, vt excludant eos qui probati sunt argento, vt eiciant a templo dei qui probitatem tenent, qui probi & probati sunt, sensumque probatum habent in omni verbo vel sermone diuino. Increpemus feras iustas, feras arundinis, tauros cornuperas, & ceruicosos vastatores scripturarum veritatis. **Prouer. 14.** Vade, s. disputando contra virum stultum, i. hæreticum. Vnde **Iona. 1. Re. 14.** non nisi prouocatus ad hostes transit, quia catholici aduersus hæreticos non contentionem commouent nisi prius ad certamen prouocentur, & in meditatione scripturæ hæreticos conuincunt. **Capiendæ** etiam sunt vulpes constantia fidei, grano enim sinapis comparatur fidei feruor, quod granum dicitur venenata expellere, i. omnia dogmata prauitatis. **Glo. Matth. 13.** Sunt etiam capiendæ vigilantia orthodoxorum doctorum nocte surgentium, vt solerter vigilent, quæ hereticorum & vitiorum bellis fordida sunt, corrigant & erigant. **Capite** auxilio brachii secularis, nam mali qui per ecclesiam non possunt corrigi, volentes in suis criminibus perdurare, debent coerceri per brachiumulare, sicut vulpes fumo de fouea eicitur. **Hiero. cō. Vigil.** Virga apostolica virgaque ferrea, debet confringere vas inutile & tradere in interitum carnis. **Cæterum** vulpes cauet ne eius cubile sciatur, plura enim habet ostia. Cautè igitur inquiri debet vulpes hæreticalis. **De hæreticis** illud **prouer. 9.** impletur. In profundo inferorum conuiuæ eius, & qui ap. illi, def. ad inf. **Quare** capiendæ sunt, quia demoluntur vineam nostram, i. ecclesiam florentem. **Cant. 2. Gregorius.** Per hæreticos ecclesiæ a recte fidei viriditate exsicantur. **Et ignatius** in epistola ad Philadelphienfes. **Quicumque** enim in aliena sententiâ ambulauerit, ipse non est Christi, nec passionis eius particeps, sed est fraudator & corruptor vineæ Christi. **Ingredientes** enim hæretici vineam domini, cupiunt vniuersa populari, vt vix racemum in ea relinquunt, de quibus illud **Iudicum. 9.** verificatur. **Habitatores** Sichem egressi sunt in agros vastantes vineas. **Vnde Vuilliramus Babenbergensis Fuldensis monasterii super Cantica.**  
 Vineam iam floret precibus nunc vinditor oret,  
 Omnis in obstantes ruat vt vulpecula casses.  
 Callida maturis nocet isthæc bestia botris.  
 Hæreticæ vulpes nostræ, dum repere calles  
 Primitus incipiunt, mox dogmata praua relidant  
 Ecclesiæ proceres, ne sumant tempore vires,

Esse difficile desistant hæreticæ.

**V**ulpes Samsonis caudis fuerunt colligatæ. Hæretici habent caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate cõueniunt in adipium, extra de hære. c. excommunicamus. Hæreses quamuis inter se differant, communi tamẽ nomine aduersus dei ecclesiam, quasi colligatæ conspirat. Et secundum **Humbertum** Ordinis nostri magistrum. Licet inter se hæretici sint diuersi, tamẽ omnes sunt colligati in intentione destruendi ecclesiam. **Augu.** in ser. de Sam. sone. Vulpes capiti, ligatis caudis ignem apponit. Cauda vulpium quid sunt nisi posteriora hæreticorum, qui primo habent magna blanda & deceptoria opera, posteriora ligata. i. dånata & ignem in fine trahentia, vt eorũ fructus & acta consumant, qui suis reductionibus acquiescunt. Et secundum **glo.** super illud. Esa. 7. Cor tuum ne formidet a duabus caudis titionum fumigantium. Caudas titionum fumigantium, vocat sapientiam secularẽ & hæreticum sermonem, quorũ finis est exustio. Præterea hæc collectio caudarum, præterdit conuentionẽ vericam falso, intuitu cuius hæretice alios decipiunt, quare **Deu.** 22. dicitur. Ne indueris vestimẽto quod ex lana linoque est contextũ. **Glo.** veste ex lana & lino induitur, qui sub locutione innocentie cællant subtilitatem malitie. Hæretici enim falsa veris & lupum sub agno velant. In aureo calice sub nectaris specie, venenum præpinant letale. Et secundum **Ignatium** ad Trallianos. Venenum prioris commiscet dulci blandimento, sicut puro melli virus admiscentes. **Ideo secundum Amb.** in li. de fide contra Arrianos. Nihil periculosius hæreticis esse potest, quam cum integre per omnia decurrant, vno tamen verbo ac si venenata gutta meram illam ac simplicem fidem dominicæ, & ex inde apostolicæ traditionis inficiant. Et **Hiero.** ad Oltram. Venena non dantur nisi melle circumlita, & vitia non decipiunt, nisi sub specie vmbraque virtutum. Ergo bene dicitur **Abacuch.** 2. Ve qui dat potũ amico suo, mittens fel suum. Semper enim mendaciũ imitatur veritatem, aliter non posset hæreticus decipere alios. **C**ætẽrũ Samson cepit trecentos vulpes, & ego sub quadam allegoria tentabo trecentos hæreticos, homines vulpinos, in hoc secundo libro in vnũ catalogũ congregare. Diabolus enim cum trecentis istis persequitur Christianos, quẽadmodũ Pharaõ cum trecentis curribus persecutus est Hebræos, **Exo.** 14. **Glo.** tulit trecentos currus contra fidem sancte trinitatis pugnaturus. Sed e regione legimus **Iudicium.** 7. de Gedeone, quod cũ trecentis vicit Madianitas. Madianitæ enim dissuadentes, aut iniqui, aut cõtradicẽtes interpretantur, & sunt hære. **Ruber** Tuicicẽ, super **Iudicũ.** Contra hos Gedcon cum trecentis pergit

ad prælium. solet in centenariio numero plenitudo perfectionis intel-  
ligi. Quid ergo in ter dicto centenariio numero designatur, nisi per-  
fecta cognitio trinitatis. cum his quippe dominus noster aduersa-  
rios destruit. cum his ad prædicationis bella descendit, qui possunt di-  
uina cognoscere. qui sciunt de trinitate quæ deus est perfecta sentire.  
**Augu.** In magno factõ. eos docere iussus est Gedeon, qui vt canes  
aquã läberent, trecentos tantũ & non plures, in signo crucis propter  
**Thau.** que. ccc. significat. Et **Hieron.** super illud **Marci**, Poterat enim  
vng. et ce. plus quam trecentis denariis, dicit, Prætextu auaritię my-  
steriũ loquitur dei. Etenim nostra fides trecentis emitur denariis. & c.  
**Præterea** hic numerus etiam in vernaculis **Abrahæ** aduertendus est.  
per quos **Lot** ab hostibus liberauit. **Alb. mag. i. i. scrip. dist. x x i i i.**  
Symbolo **Niceno** consonat figura in numero patrum contentium  
ipsum, fuerunt enim trecenti & decem & octo. Sic vernaculi **Abra-**  
**ham** cum hostes insequeretur, **Gene. x i i i.** Ita enim vt ille, ita illi ho-  
stes fidei comprehendunt & spolia fidelium reduxerunt, & **Lot.**  
i. fidelem populũ captum astutiis hæreticorum, isto modo &  
ego trecentos testes ad minus contra hæreticos in virtute mirificæ  
trinitatis adducam.

## Pars executorialis.



**Arrius** <sup>episcopus</sup> **Alexandrinus**, a  
quo orti sũt **Arriani**, vel **arianitæ**. vixit cir-  
ca annũ do. cccxxviii. i. sine vitę sc̃i Sylue. &  
sub **Constantino**, qui **Arrius** inter cæteros  
hæreticos famosior, nequior, & magis noci-  
uus fuit ecclesiæ. ▽ bi nota, quod vnus ho-  
minis insidiæ contra ecclesiam non sunt con-  
temnenda. vt enim vna scintilla parua res  
est, et pene dum cernitur non videtur, sed si  
fomitẽm comprehendit, & nutrimenta sui inuenerit, moenia, vr-  
bes latissimas, saltus, regionesque consumit. Ita doctrina puerua ab  
vno incipiens, vix duos aut tres primum in exordio reperit audi-  
tores, sed paulatim vt cancer serpit in corpore. Sed teste **Hierony.**  
**Arrius** in **Alexãdria** scintilla fuit, sed quoniã nõ statim oppressa est,  
totum orbem eius flamma populata est. Et **idem** inquit. Poena **Ar-**  
**rii** non est determinata, quia nõ est determinatum quot per eius do-  
ctrinam sint subuertendi. **Orosius** libro septimo. **Arrius alexandri-**  
**næ** urbis presbyter. a veritate fidei deuiã, exitiale plurimis dogma  
constituit. Et **Ecclesiastici**, 39. Repromissio nequam, id est hereticorũ  
traditio, multos perdidit diligẽtes, & commouit illos quasi fluctus

maris. Ideo ab eo inchoandum est, tanquam a principali hæresi archa. Hæresiarcha (vt dicit Ioannes Nider in tertio libro formicarii) est qui primo falsam de fide opinionem gignit, vt Arius, vvis clesii, & consimiles. Reuocemus igitur ad memoriã, quomodo postquam draco ille proiectus est in terram, postquam proficiente Christiana fide desertis ac destructis idolis, amisit vsurpata Mariæ adoratæ culturæ gloriam, iam Romani fastigio imperii filium Mariæ adorare, qui raptus ad deum & ad thronum eius. Arius presbyter magnus hæresiarches sub nomine Christiano in blasphemiam Christi filii dei, procaciter nimis prorupit loquacitate intolerabili, aquam ex ore suo serpentes antiquus emittebat tanquam flumen, quod erat Arius, aquas inquam putridas doctrinæ nequam emittebat. Vnde de Rubertus Tuiciensis abbas super illud Apocalypsis. Oportet te iterum prophetare populis, dicit. Nam ecce dum tu exulas: interim Cherintus insanit, Martiõ furit, Ebion blasphemare incipit, cæterique bacchantur antichristi contra verbum dei, contra maiestatem & antiquam diuinitatem filii dei, dicentes, quod ante Mariam non fuerit & quod tam recens deus sit, vt ex illa initium existendi acceperit. Præterea futurum est, vt veniat Arius pertinax satelles diaboli dicturus et persuasurus populis, gentibus & regibus multis, quod idem filius dei creatura sit, & in tempore esse cœperit, quodque fuerit tempus quo idem filius non fuerit. Propter istos oportet te iterum prophetare & providere populis & gentibus, linguis & regibus multis, vt ab his pestibus populum Christianum liberes, crediturum mihi. Surge igitur & metire templum dei & altare, id est, Christum dei filium, qui & templum dei est, & altare sanctæ ecclesiæ, templum videlicet dei secundum corpus quod assumpsit ex virgine, altare vero secundum dignitatem vtriusque naturæ. Istud metire. Ecce mali menses, male et pessime mensi sunt, & de terminis eius, quos hæretica infidelitate nimis metebant dicendo Christum non fuisse ante Mariam, grandem tumultum facere incipiunt; tu ergo metire, & mensuras eius extende quantum longitudinis aut latitudinis sit, aut esse debeat. Longitudinem eius supra extende, supra inquam Mariam & ante Abraham, immo & ante Adam, sed & ante cælum & terram vsque ad antiquum dierum, & dic, In principio erat verbum. Sed terra aperuit os eius & absorbu it flumen, quod misit draco de ore suo. Absortum est fantasma fluminis serpentini, quando sanctum concilium Nicenum nefarium Arrii dogma damnauit, ad quod concilium trecenti decem & octo illustres patres ex omnibus gentibus conuenerunt, inter quos fuit magnus Eustathius Antiochenus ecclesiæ præ-



sul Pafnutius Aegyptius, aderant Syri Cilices, Phœnices, Arabes,  
 Palestini, Aegyptii, Ihebæi, Libyes, Mesopotamii, Persæ, Pontici,  
 Scythæ, Asiani, Phryges, Thraces, Macedones, Epirotæ. Et ut dicitur  
 Prouerb. 14. Vade contra virum stultum, scilicet disputando, &  
 nesciet labia prudentiæ. Glosa. velut Arrius, qui verbum consub/  
 stantialitatis in patre & filio nunquam inueniri cōtendebat. Hi præ  
 dicti patres disputabant contra Arrium, & dogma eius destructum  
 est. Insuper absorptum est flumen, nam teste magistro sen. in. 3. disti.  
 n. Arrii hæc fuisse perfidia legitur, vt Christum creaturâ fateretur,  
 ideo effusa sunt Arrii viscera atque crepuit medius, diuino iudicio  
 prostratus in faciem, ea quibus Christum negauerat, fixa ora polluta  
 tus, & hoc virtute orationis sancti Alexandri episcopi Constantini.  
 Dixit etiã quod Christus non est filius dei secundum diuinitatē.  
 de hoc beat. Tho. 2. parte. q. 27. & 4. contra gen. De ortu Arrii. vi.  
 de i. lib. tri. hist. Et vt dictum est, prima synodus Nicæna sub Cōstan  
 tino Augusto Arrium damnauit. distin. 15. canones. Contra Arriū  
 scripsit Maximus Constantinop. nobile volumen, quod obtulit  
 Gratiano principi apud Mediol. Victor Carthagin. contra Arria  
 nos librum vnum. Didymus Alexandrinus lib. duos. Hilarius scri  
 psit contra eosdem libros. 1. Et beat. Ambrosii. libro primo, de fide  
 contra Arrianos, rationibus firmissimis & autoritatibus Arrium  
 confutat. Et similiter Augu. 6. libro de trin. & in libro de hæresibus.  
 Arriani dicunt spiritum sanctum creaturâq; creaturæ, hoc est ab ipso  
 filio creatū volunt, ex quo sequitur quod Arriani in ecclesiæ forma  
 & fide non baptizant. pri. quest. prima, capitulo Hiqui. quia persona  
 rum inequalitatem confitentur. Leo papa in epistola ad imperatorē  
 Constantinum dicit, quod Arriani rebaptizabant Latinos baptiza  
 tos in nomine sanctæ trinitatis. Et filium minorem patre posue  
 runt, contra illud Iohannis primo. Ego & pater vnum sumus. vbi  
 est equalitas patris & filii, quod Arrius non intellexit. Augustinus  
 Vtrumque audias, vnum & sumus, & a Charybdi & Scylla libera  
 beris, quod dicit vnum liberat te ab Arrio. quod dicit sumus, a Sa  
 hellio. Hieronimus, ad Pāma. contra errores Iohannis. Hierosolimi.  
 Arriani quos oprime nosti, propter scandalū nominis, homouision,  
 se damnare simulabant, venenaque erroris circumliniebant melle ver  
 borum. sed tandem coluber tortuosus se aperuit, et noxium caput  
 quod spiris totius corporis tegebatur spiritali mucrone confossum  
 est. Et glo super illud. Prouerbio. octauo. Dominus possedit me ab  
 initio, dicit. Pereant ergo qui negant dei virtutem & dei sapientiã.  
 Christum ab initio, immo & ante omne quod dici vel cogitari

potest. initium ab ipso patre fuisse progenitum. Et sic exclamat Hiero. Centurio ante crucem in ipso scandalo passionis vere filium dei fateretur, et Arrius in ecclesia prædicat creaturam. Et Didymus Alexandrinus duos libros contra Arrianos scripsit, & Victor Cantenæ Mauritanæ ciuitatis episcopus opus librum vnum.

2 **Abelonij** filio Adæ nominatos, qui est vocatus Abel, qui non miscebantur vxoribus, & eis tamen sine vxoribus viuere se cetera ipsius dogmate non licebat. Mares ergo & fœminas sub continentia professione simul habitantes, puerum & puellam sibi adoptabāt, in eiusdem coniunctionis pacta successores suos futuros, morte præuētis, quibusque singulis alii surrogabātur, dum tamē duo duobus disparis sexus in illius domus societate succederent. ¶ Troliber quippe parente defuncto vno, remanenti vsque ad eius quoque obitū filii seruibant. Post cuius mortē ipsi etiam puerū & puellam simul adoptabāt. Sed di. Aug. hec fuit hæresis rusticana in cāpo nostro Hypponēsi sed paulatim diminuta fuit, qui oēs mō correcti & catholici facti sunt.

3 **Achillas** episcopus Alexandrinus, postea apostata, fautor Arrii, dixit. Non semper deus pater fuit, sed fuit quando deus pater non fuit. Dei autem verbum ex non existentibus factū est, & alia plura opinabatur, vt habet. pri. li. trip. hist. ca. 13. Hic Achillas successit in præfaturā ciuitatis Alexandrinæ in clyto Petro martyri propugnatori fidei, sed Achilla capto & expulso, Alexander fortissimus euangelici dogmatis prædicator, ordinatur episcopus.

4 **Acephali** vel Acephaliti dicti. i. sine capite, fuerunt anno domini 458. sub Leone imperatore & Leone pri. papa nullus enim eorum reperitur auctor ex quo orti sunt. Hi trium Calcedonensium capitulorum impugnatores, duarū in Christo substantiarum proprietatem negant, & vnam in eius persona naturam prædicant, contra illud quod habetur. 15. distin. capi. primo. vbi dicitur. Prædicans eadem sancta synodus Christum deum sic natum de virgine, vt in eo substantiam & diuinā & humanā confiteamur naturā, & extra de hære. cū Christus perfectus deus & perfectus sit homo. Mandamus quatenus sub anathemate interdicas, ne quis de cætero audeat dicere christū nō esse aliquid secundū quod homo. Con. Acepha. & eos qui dicunt christū in vna tantū substantia adorandū, nec acquiescūt duas in Christo confitēdas esse naturas. Præsbyter Iohā. Anthioch. librum composuit. De liberis Acephalorum fit mentio. C. de hære. l. Idem est. Sigibertus in chronica sua. Acephalorum hæresis abdicatur, anno. 526. qui dicūt Paulū in epistolis præcepisse fœminas

diaconas debere fieri, quia eas commemorat post diaconos.

4 **Achatius** Cæsarię Palestinę. alias constantinop. Arrianus fuit & in aliis criminofus fuit. & alietatem cum Arrio in diuinitate posuit, declaratus est alienus a nomine Christiano. 4. li. hist. triper. ca. 24. de hoc Achatio dicitur. 24. q. 1. Achatius non fuit noui vel proprii inuentor erroris. vt in eum noua scita. i. statuta prodirent, sed alieno facinori suam cõionem miscuit. itaque necesse est, vt in illam recideret iusta lance sententiam. quam cum suis successoribus per coniuuentiam synodalem susceperat auctor erroris. & distinctione. 19. capitulo. Anastasius. qui nutu diuino percussus lepra fuit, nam Fotinus diaconus Thessalo communicauit Achatio in hæresi. Post mortem vero Achatii, Anastasius papa communicauit Fotino sine concilio clericorum, & occulte voluit reuocare Achatium defunctum in hæresi, vt orationes pro eo in ecclesia fierent, ideo multi clerici recesserunt ab obedientia eius. Et. i. q. i. c. dictum est. Felix & Gelasius Achatium ante Anastasium excõmunicauerunt, & Hormisdas qui ab ipso Anastasio tertius, eundem Achatium damnauit Anno domini. ccc. lxxxiii. sub Zenone imperatore. Item Gelasius vrbis Romę episcopus scripsit aduersus Achatium epistolam, quę hodie in ecclesia catholica tenentur.

6 **Adamiani** hæretici sic vocati, quia Adæ imitantur nuditatem, vnde & nudi inter se mares & foeminae conueniunt. 24. q. 3. c. quidam. Vel dicuntur Aditæ, & hæc nuditas fuit ante peccatum, vnde & nuptias auersantur, quia nec vt dicunt priusquam peccasset Adam, nec priusquam dimissus esset de paradiso cognouit vxorem, credunt ergo quod nuptiæ futuræ non fuissent si non peccasset. Nudi celebrant sacramenta, & ex hoc paradysum suam arbitrantur ecclesiam, ista nuditas reprobatur distin. 30. c. si quæ mulier vtens virili veste scilla & in clausa anathematizatur. Et sic in legenda sancti Barnabę apostoli dicitur, quadam die vidit Barnabas homines & mulieres nudos currentes & sua festa agentes, Indignatus templo maledixit, subito pars eius corruens, multos oppressit. Vnde in statu innocentia non fuit pudor nuditatis, sed post peccatum nuditas est opprobrii & confusionis. & ambulantes nudi cum foeminis concupiscentiam fouent & nutriunt.

7 **Adamitæ** hæretici, alii a predictis, surrexerunt in Bohemia circa annum domini M. ccc. xliiii. sub Venceslao imperatore, tempore pessimi scismatis, de quibus scribit Aeneas Sil. in lib. de origine Bohemorum cap. 41. & de eorum hæresibus & abominatibus, & quomodo extincti sunt, quę infra in Picardo. Vnde Hieron. super Osee. c. 4. Hæretici suo errore non saturantur, nec cessant



a turpitudine fornicationis suæ, & non custodiendo legem, derelinquunt deum, insaniunt & inebriantur, & spiritu fornicationis possidentur. Et. 2. q. 7. sententia Cham filii Noe damnatur, qui suorum doctorum vel præpositorum culpam produnt, ceu & tam qui verenda patris non operuit, irridenda monstravit. Et isti imitabantur Adam in turpitudinis confusione, & non in cooperimēto honestatis. Dicitur enim Apoca. 4. Suadeo tibi vt vestimentis albis, id est mundis, induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ.

**Adimantiū** Manichæi discipulus, rationes & disputatiōes scripsit contra legem & prophetas, in quibus ostendere conabatur, quod euangelica & apostolica doctrina eis erat contraria, sed Augustinus ad illas sufficienter respondit, & contra Adimantium librum scripsit, qui incipit. Eodem tempore venerūt &c.

**Aeriani** vel Eriani, ab Aerio quodam nuncupati, qui offerre sacrificium pro defunctis spernunt, et missas negant applicari pro peccatis, pro satisfactionibus, aut pro aliis necessitatibus ecclesiæ, quod reprobatur. 13. q. 2. ca. animæ. vbi dicitur, animæ defunctorum quatuor modis soluuntur. Aut oblationibus sacerdotum &c. & in c. pro obeuntibus. Sancta ecclesia sic statuit, vt quisque pro mortuis vere Christianis offerat oblationes, atque præbyter eorum faciat memoriam. Ecclesiastici septimo. Mortuo nō prohibeas gratiā. Iste Aerius cum esset præbyter, doluisse fertur quod episcopus nō poterat ordinari, & in Arrianorū lapsus hæresim, propria quoque dogmata addidisse nonnulla dicitur, vt dictum est. Nec statuta solenniter celebranda esse ieiunia, sed cum quis voluerit, ieiunandum, ne videretur esse sub lege. Dicebat etiam præbyterum ab episcopo, nulla differentia debere discerni. Quidam perhibent istos sicut Euchratitos vel Ampotochtitas non admittere ad cōionem suam nisi continentem, & eos qui sæculo ita renuntiauerunt, quod propria nulla possideant, ab esca tamen carniū non eos abstinere dicit, Epiphanius, Philaster vero & hanc tribuit abstinentiam, vt etiam Augustinus in libro de hæresibus testatur.

**Aetiani** ab Aetio sunt vocati dissimilem patri asserentes filium, & filio spiritum sanctum, contra illud de cōsecratione distinctione tertia. capi. vi. Pater & filius & spiritus sanctus, vnius eiusdemque substantiæ, inseparabili equalitate, diuinam insinuant vnitatem. Dicunt etiam nullum peccatum imputari in fide manētium 24. q. 3. quidam. sed. 5. li. hist. tri. c. 4. dicitur Aetiani hæretici & eorum sequaces, catholicis dicti sunt dissimiles, & exnonexistentiales, quia nomen similitudinis in diuinis abscondere nitebantur, & per

omnia substantiam atque voluntatem dissimilem esse patri apud filium. De hoc infra in Eunomio, & Augusti. in libro de hæresibus.

- 11 **Airani** qui contra spiritum sanctum impugnant, cum Eudoxianis in erroribus currunt, & fuerunt condemnati in secunda synodo vniuersali Constantinopo.
- 12 **Adelphilius** fuit princeps Messalianorum hæreticorum, tempore Valentiniani imperatoris, qui ab ecclesiastica communione recesserunt, dicentes, diuinum cibum nec prodesse, nec ledere, vt patet in Anthiasistis.
- 13 **Alexander** Erarius apostatauit a fide, & multos circa fidem secum merfit, quem Apostolus Sathan tradidit. i. ad Timo. 1. De quo. 2. Timo. 4. **Alexan.** Erarius multa mala ostendit mihi, reddet illi dominus secundum opera eius, quem & tu deuita, valde enim restitit verbis meis. Glo. 1. Io. 5. Stephanus orauit pro illis, qui gratiam dei non acceperunt. Paulus pro Alexandro non orat, quia cum iam frater erat, fraternitatem impugnabat. Item Alexander reuersus ad apostasiam, fabricabat ædes Dianæ apud Athenas, & omnes contra Apostolum commouit. Quære de Alexandrino in Hymenæo.
- 14 **Alogi** alias Alogiani vocantur, tanquam sine verbo, logos enim græce, latine verbum dicitur, deum enim verbum non credunt. Contra illud Iohannis primo. In principio erat verbum. Responduentes Iohan. euangelium & Apocalip. Augustinus in libro de hære. Has videlicet scripturas negant esse ipsius Iohan. & 24. q. 3. quidam.
- 15 **Almareani** dixerunt quod deus est anima cæli, quod reprobatur Tho. 1. par. q. 3. ar. 8. quia deus in compositionem aliorum non venit. Et in libro de causis dicitur, Causa prima regit omnes res, præterquam quod commisceatur aliis.
- 16 **Almaricus** Anno 1204. sub Ottone. III. & Innocentio. III. Cæsariis in dialo. dist. 5. dicit eodem tempore quo manifestæ sunt hæreses Albigeniura in Parisiensi ciuitate, in qua est fons totius scientie & puteus diuinarum scripturarum, quibusdam viris literatis persuasio diabolica peruersum instillabat intellectum, quorum Almaricus magister prauitatis fuit, dicebant enim non aliter esse corpus Christi in pane altaris, quam in alio pane & in qualibet re. Sicque deum locutum fuisse in Ouidio sicut in Augustino. Negabant resurrectionem corporum, similiter paradysum, & infernum negabant, sed qui haberet cognitionem dei in se, quam ipse, haberet in se paradysum, qui vero peccatum mortale haberet, in

fernum haberet in se, sicut dentem putridum in ore. Altaria sancto  
 statuta, & imagines turificare, idololatriam esse dicebant. Tanta au-  
 dita peruersitate consilio episcoporum & Theologorum ducti sunt  
 in campum, & coram vniuerso populo sunt degradati, & in aduen-  
 tu regis Franciæ adusti. Qui mente obstinata, nullum ad interro-  
 gata dant responsum, in quibus in ipso mortis articulo, nullum  
 poterat perpendi iudicium. Cum autem ducerentur ad tormen-  
 ta, tanta est orta aeris inclementia, vt nemo dubitaret quin ab eis  
 aer fuisset concitatus, a quibus tantus error morientibus fuerat per-  
 suasus. Et Almaricus a generali concilio Romæ condemnatus est &  
 excommunicatus, in campo sepultus & exhumatus & cinis & ossa  
 eius per sterquilinum sunt dispersa. Et merito, quia secundum Brixii  
 ensen pro crimine hæresis, potest quis post mortem excommuni-  
 cari & damnari, vigesimaquarta quæstione secunda cap. si. Dixit  
 etiam, quod si Adam non peccasset, non fuisset distinctio sexus,  
 sed fuisset multiplicatio hominum sicut angelorum. Item quod  
 deus non videtur in se, sed in creaturis, sicut lumen in aere. Itē quod  
 illud quod alias est peccatum mortale, factum in charitate, non est  
 peccatum, impunitatem peccatorum promittēs. Affirmabat ideas  
 quæ sunt in mente diuina & creare & creari posse, cum in mente di-  
 uina, teste Augustino, nil nisi æternum & incommutabile sit, &  
 Gerson in trac. 3. super Magnificat. Almaricus & similes hæretici, di-  
 cebant mentem contemplatiui vel beati perdere suum esse in pro-  
 prio genere, & redire in illud esse ideale, quod habuit essentialiter  
 in arte diuina. Et sunt viginti errores Almarici, vt colligitur ex  
 chronica summorum pontificum. tempore Innocen. xiii. & extra de  
 sum. tri. & si. ca. dicitur. Reprobamus & condemnamus peruersissi-  
 mum dogma impii Almarici, cuius mentē pater mendacii sic exce-  
 cauit, vt eius doctrina non tam hæretica quam insana sit censenda.  
 De Guilhelmo eorum propheta, quære infra.

**Agapetarum hæresis,** secundum Hieronimum ad Eustio. de  
 cust. virg. in ecclesias introiuit. Pudet  
 dicere, proh nefas triste, sed verum est, vnde sine nuptiis aliud no-  
 men vxorum, immo nouum concubinarum genus plus in foemi-  
 na, vnde meretrices vni viro eadem domo, vno cubiculo, sæpe  
 vno tenentur lectulo. Et superstitiosos nos vocant, si aliquid ex-  
 stimamus, frater sororem deserit cælibem, spernit, virgo germa-  
 nura fratrem, quærit extraneum. Et cum in eodem proposito se es-  
 se simulant, quærunt alienorum speciale solatium, vt domi habeant  
 d. ii.

carnale commercium. Quære in Elpidio. Hieronimus ad Oceanum de vita clericorum. Te detrahentium moribus tradidisti, si Agape tarum consortium non dimiseris.

18 **Algazel** posuit quod peccato rib⁹ hec sola poena reddetur, quod affligentur pro amissione ultimi finis. De hoc beatus Tho. 3. li. contra gen. capitu. 145.

19 **Albasini**, hi sunt qui et Indiani, de quibus infra.

20 **Albigenses** de quibus sic dicit Cæsarius Cister. in. v. dist. dialo gi. Temporibus Inno. papæ, inuidia diaboli hæreses Albigensium cæperunt pullulare tam valide, vt omne triticum fidei gentis illius versum videretur in lolium erroris. Et eorum errores fuerunt, nam hæresiarchæ eorum quædam collegerant puncta ex dogmate Manichæi. quædam ex erroribus qui in Periarchon scripsisse fertur Origenes, plurima etiam quæ de suo finxerunt adiucentes. Duo credunt cum Manichæo principia, deum bonum & malum. id diabolum, quem omnia creare corpora, sic deum bonum, omnes animas. Corporum resurrectionem negant, quicquid benefici mortuis a viuis impeditur, irrident. Ire ad ecclesias vel in eis orare, nihil dicunt prodesse. Baptismum abiiciunt, Sacramentum corporis et sanguinis Christi blasphemant. Et quod anima secundum meritum, per diuersa transit corpora, etiam animalium & serpentum, si male vixit, si autem bene, intrabit corpus alicuius principis vel alterius illustris personæ. Item intantum error illorum inualuit, vt breui interuallo temporis infecerit vsque ad mille ciuitates, & si non fuisset gladius fidelium repressus, puto quod totam Europam corrupisset, & Christiani missi erant contra eos: & in ciuitate Biders, quæ expugnata fuit per Christianos, ipsi Albigenses super volumen sacri euangelii mingentes, de muro illud contra Christianos profecerunt, & sagittis post illud missis, clamauerunt, ecce lex vestra miseri. Item quidam in Tholosa in odium Christi & in confusionem fidei, iuxta altare maioris ecclesiæ ventrem suum purgauit, & palla altaris ipsas immunditias deterfit. Quidam eorum supra altare scortum posuerunt in conspectu crucifixi, eo ibi abutantes, postea ipsam sacrâ imaginem detrahentes, brachia ei præciderunt, & crucifixi collo fune alligato per plateas illum traxerunt cum magnis blasphemis. & crux fuit prædicata contra ipsos exercitus domini Albigensis. Memelimum potentissimum Afrorum regem de Marioch in auxilium sibi inuitauerunt, qui de Africa in Hispanias cum tam incredibili multitudine venit, vt totam Europam se obtinere posse speraret. Mar

daui etiam Innocentio papæ, quia equos suos in porticu ecclesiæ beati Petri debebat stabulare, & super illam vexillum suum figere. quod ex parte impletum est, & si secus quam ipse cogitasset, & quia deus frangit omne superbum. Eodem tempore. scilicet anno. 1212. xvii. calend. Augusti de exercitu eius. 60. milia pugnatorum ceciderunt, Ipse vero in Siciliam transiens ex dolore mortuus est, cuius vexillum principale in bello captum, Innocentio est transmissum, & in ecclesia prædicta ad Christi gloriam est erectum Et Simō Montis fortis vir Christianissimus, his hæresum tumultibus viriliter occurrat cum quibusdam episcopis & abbatibus & beato dominico, non solum disputationibus & prædicationibus. sed etiam armis, eo quod centum milia hæreticorum cum octo milibus catholicis fudisse & interfecisse feratur, vt dicit Anton. 3. parte spe. hist. ti. 19. capi. 1. Item multi ex eis fuerunt capti, cumque captis daretur optio, vt qui cumque hæresim abiuraret, liber recederet, centum octoginta ex eis obstinati, potius comburi quam hæresim abiurare elegerunt, quod & factum est, & refert vincen. 30. libro spe. hist. Beatus Dominicus decem annis permansit in illis partibus in prædicationis officio, & hæresis extirpatione, aliis ad propria redeuntibus. Et dicitur hæresis Albigenium, quia in partibus Albigenium iste morbus hæreticalis increuit, & Lodouicus rex Francorum de Albigenio etiam comitatu Tholosano hæreticos debellauit. Et Iacobus de Vitriaco crucem in Francia contra Albigenes prædicauit, & multos ad signum crucis accipiendum prouocauit.

**Albanenses,** Bagnolenses vel Baiolenses & Concordenses vel Cozorenses, vt dicit Anton. 4. parte sum ti ii. ca. 7. in multis erroribus pessimis cõcordant, licet in paucis discordent. Ponunt duo principia, vnum penitus bonum & cete. Item quod deus non creet, nec infundat nouas animas, item quod Christus nõ habuit veras pœnalitates, & quod non est deus, non assumpsit carnem de virgine, sed duxit carnem de celo, quod non fuit verus homo, nec vere comedit, nec fuit passus in cruce, nec mortuus, nec resurrexit, nec ascendit, & quod nõ est resurrectio corporum, & quod vetus testamentum non est a vero deo, quod Moses fuit malus, & quod Adam non fuit a deo, & quod ante Christi aduentum non fuerunt aliqui boni, quod baptis mus nullius est efficaciz. Itẽ quod obest subdito & sacramẽto mala vita prelatorum, quod nullus malus potest esse episcopus, quod ecclesia non potest aliquid possidere nisi in communi, quod non potest excommunicare, nec debet persequi malos, nec potest facere constitutiones, quod sacramentum al

earis & extremæ vnctionis, & peccatum originale nihil est, & peccatum non est a libero arbitrio, & quod non potest quis confiteri post peccatum, quod infernus & purgatorium nihil sunt, quod bonus deus viuificat & non occidit, & quod malus deus vilificat & occidit corpora, quod mundus semper fuit & semper erit, quod matrimonium malum est, quod vsura non est prohibita, nec tenetur quis restituere ablata, & quod homo potest dare spiritum sanctum. Et isti cōueniunt cum Albigen. Vbi nota quod Albanenses sunt de prima secta Catharorum, & Cozorenses de secunda, & Baiolenses de tertia secta eorundem, & eorū hæreses colliguntur ex li. in qui. heretici.

22 **Ampotactite** sicut Aeriani & Encratite, nō admittunt ad communionem suam, nisi continētes & seculo renun- secundum Augustinum, quære in Aerianis.

23 **Agarenī**, qui & falso nomine dicuntur Saraceni filii Christianorum, quando enim Mahometus a Sergio deceptus fuit eos decepit, & relicto Christo, Mahometo adhærent, & sic sunt Christiani renegati, aliquid credētes nō vt Christiani quod scilicet vnus est deus, sed tres personas negant, & quod christus fuit homo verus, sed non deus, & sic de aliis erroribus qui continentur in libro eorum qui Alchoranus dicitur, quem nominat diuinorū mādatorum collectionē, in quo fides Mahometi continetur, & est resperus liber ille abominationibus heresum & spurcitiis fornicationū & viciorū.

24 **Ampotactite** sicut Aeriani & Eucratite, non admittūt ad communionem suam, nisi continentes & seculo renū- ciantes, secundum Aug. in li. de hære. quære in Aerianis.

25 **Angelici** Hoc nomen sibi sumpserunt, quia angelos pro diis coluerunt, vt dicit Isid. 8. li. ety. & reprobatio huius hæresis ponitur in Caianis supra. Et Augustinus. Angelici in angelorū cultu inclinati sunt, quos Epiphanius iam omnino defecisse testatur.

26 **Anastasius** imperator Constantiē. infectus hæresi Eutitiana, incepit regnare anno domini, 483. & impe rauit annis. 25. hic multos episcopos catho. in exilium misit, & multos fideles afflixit, secundum Anto. 1. parte. spe. ti. 6. ca. 1. Nec episcopo Constantinopo. nec papæ, nec legatis papæ obedire voluit, sed dixit potius papam obedire imperatori debere, quam ab ipso obediri. De hoc Greg. in libro dialogorum.

27 **Anastasius** alius, de quo supra in Achario, anno. 489. hic fuit papa, primo bon fuit, sed postea seductus est ab Achario, & quia voluit restituere Acharium occulte, licet non potuerit, diuino iudicio percussus est, intestina eiiciendo. distin. 19. Anasta

fius, & iste fuit secundus infamis papa, quia primus Liberius qui fa-  
uebat Arria. iste nestorianis, vbiq; concurrere vesania imperatorū.

**Andiani.** De quibus. C. de hære. & Manich. l. Arriani. vbi nota  
quod anno domini. 344. Andæus in Syria clarus habe-  
batur, a quo hæresis Andiana orta est, sub Iulio. i. papa & constantio  
& constante, & sunt Manichei Andiani.

**Anthiasiste** Hi operationem manuum quasi malignam reputā-  
tes, somnoque semetipsos mācipāt, & iniquitatum  
fantasias, prophetias appellant, & ab ecclesiastica communione re-  
cesserunt, nullam virtutem sacramēto altari tribuentes. De principi-  
bus huius hæresis, vide in Messalantiis, de quibus. 7. li. hist. tric. ii.

**Antichristus** erit vltimus hæreticus. Glo. super illud. Luce. 17.  
Et dicent vobis, ecce hic ecce illic, nolite ire, neque  
secutemini, dicit. Multi hæretici fuerunt & futuri sunt, quorū primus  
Simon magus, vltimus Antichristus. Ipse est illa bestia. Apocalip.  
13, quæ ascendit de mari, idest de Iudæis, qui amarissime Christum  
crucifixerunt, de tribu Dan, quæ fuit vilissima tribus Israel. Et se-  
cundum Alber. Apocalipsis decimotertio. vocabit se solem iusti-  
tiæ, & gigantem geminæ substantiæ. i. diuinæ & humanæ, faciet se vo-  
cari Antemos, idest Christo contrarium, & Arneome quod inter-  
pretatur nego, quia negabit Christum esse deum, & affirmabit se  
esse deum.

**Annianus,** vt dicit Hieroni. in epistola ad Alipium, & Augusti  
nus, fuit pseudo diaconus Cælidensis, discipulus Cæ-  
lestii, contra cuius libros scripsit Hieroni. blasphemias plures. Pri-  
mo non scripsit ex causa quam allegat in dicta epistola, subiungit  
tamen. Nec grande est ineptissimis neniis respondere, si autem do-  
minus vitam tribuerit, & notariorum habuerimus copiam, pau-  
cis lucubratiunculis respondebimus, non vt conuincamus hære-  
sim emortuam, sed vt imperitiam & blasphemiam nostris sermo-  
nibus confutemus.

**Antemius** episcopus Cōstātiā, duas in Christo naturas negabat.  
Hunc, vt dicit Ado. Agapetus primus pontifex Ro.  
& confessor, ingressus Constantinopolim ad Iustinianum imperato-  
rem deposuit, & in eius loco Menam catholicum consecrauit.

**Antropomorphite.** anno. 949. sub Berengario imperatore &  
Agapeto papa in citra Paduana provin-  
cia hæc hæresis inceptit, sed parum durauit. Bracherius Veronēsiū  
episcopus doctissimus & ceteri comprouinciales episcopi, virili ani-  
mo occurrentes, eam exterminarūt. Et dicti sunt quod simplicitate  
d. iiii.

ruffica deum habere humana membra, quæ in diuinis libris scripta sunt arbitrantur, *αὐτοπῶν* enim græce, latine homo interpretatur. Ignorantes vocem domini, quæ ait, Spiritus est deus, est enim incorporeus, nec enim membris distinguitur, nec corporis mole distenditur, vt dicit Isidorus, contra quos beatus Thomas, I. contra gentiles capi. 21. disputat, & contra quos, scripsit Theophilus Alexandrinus. Dicit Isaac in decima collatione patrum, quas Cassianus fecit quod Theophilus Alexandrinus condemnauit hæresim Antropomorphitarum, in quo morbo abbas Serapion in antiqua ætate fuit corruptus, quem patres non potuerunt reducere ad tramitem veræ fidei, sed Phorinus diaconus qui venit de Cappadociæ partibus eum conuertit, & facta est læticia inter eos.

34 **Antidicomarita**, vel secundum Augustinum Antidicomaritanæ sic appellati sunt, eo quod Mariæ virginitati contradicunt, asserentes eam post Christum natum viro suo fuisse commixtam. Contra illud de verb. signi. c. Ioseph. Hoc loco quidam peruersissime suspicantur & alios filios Mariam habuisse, cum mos diuinarum scripturarum sit, vt primogenitum non uocent quæ fratres sequuntur, sed eum qui primo natus est. Et contra illud, xxvñ quest. ñ. genuit. Cum audieris virum non subeat suspitio nuptiarum. Et dicuntur quasi contradicentes Mariæ, quæ tamen cunctas hæreses sola interemit in vniuerso mundo. De his, xxiiiñ. quest. iñ. quidam, & in Eluidio, Maximus in ser. Mater virgo vniuersam prauitatem hereticam sola contriuit. Alius illam nõ de substantia suæ carnis Christum edidisse dogmatizauit. Alius eam paruulum non peperisse simulabat. Alius partum viro genitum blasphemabat. Alius dei matrem audire non sustinens, magnum illud nomen theotocos impissime sugillabat, sed contriti sunt insidiatores, conculcati sunt supplantatores, confutati derogatores, & beatam eam dicent omnes generationes.

35 **Alexander**, hereticus & latro, de quo sic dicit Eusebius Cæsariensis libro quinto hysto. eccle. ca. xix. sciendum quod Alexander apud Aemilium Fontinum proconsulem Ephesi iudicatus est, non propter nomen Christi, sed propter quædam latrocinia. nõ a Christi nomine iam apostata extiterat, nec in ecclesia patriæ suæ receptus est, vbi latro esse ab omnibus noscebatur. Quod si qui forte minus his quæ dicimus ad commodandam existimant fidem in archiuis publicis apud Ephesum gesta seruantur.

36 **Apellite**, quorum auctor APelles fuit in Græcia anno. 170. qui dicebat deum quem colebat ignorabat, & creatorem an



gelum nescio quem gloriosum superioris dei faciēs, deū legis Israel illum ignem affirmās, qui dixit Christū non in veritate deū, sed hominem in fantasia apparuisse. Contra illud extra de hære. cum Christus perfectus deus & perfectus sit homo. Mandamus quatenus sub anathemate interdicas, ne quis decetero audeat dicere non esse aliud quid secundum quod homo. Idem Apelles dixit Christum carnem ex elementis mundi accepisse, quam mundo reddidit cum sine carne resurgens in cœlum ascendit. Item Apelles prophetas contrario sensu asserit inspiratos, sequēs persuasionem virginis cuiusdam actę spiritu dæmonis, nomine Philamine, vt dicit Eu. 5. li. c. 13. & vt Rhodo Romæ eruditus scribit in hex. Apelles quam plurima aduersus legem Mosi conscripserat impia, & aduersus totam legem blasphemias protulerat. hic Apelles secundum Augu. de hære. duos introducit deos, vnum scilicet esse principium, deum scilicet & bonum, & ab illo factum alterum qui cum malignus esset inuentus in sua naturitate mundum fecisse, hunc Theodocion vir eruditissimus hæreticissimum appellat, & suis scriptis percommode deridet. Error istorum etiam confutatur in Gnosticis & Simoniacis, de Apelle infra in Basilide. Item Apellitæ & multi alii hæretici, qui vnitatem ecclesiæ separare prauo dogmate volebant. Hunc versiculum ex epistola sancti Iohan. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, est ex deo, raserūt. Ne per omnia erroris conuincerentur.

**Apocaritæ.** Hi fuerunt viperæ Manichæorum, de quibus. C. de hære. I. Arriani.

**Apollinaris** .1. Apollinaris. 2. Libro 5. histo. tripar. ca. 44. dicitur quod tempore Constantii in Laodicia Syriæ duo erant viri, vno nomine nuncupati, pater atque natus, vterque dicebatur Apollinaris, pater præbyterii dignitate functus, filius autem habēs lectoris officium, Græcorum ambo doctores eloquiorum. Pater erat grammaticus, filius erat rethor. Pater nanque cum fuisset Alexandrinus genere, & prius docuisset in Beritho, postea venit in Laodiciā, vbi duxit vxorem, & filium habuit Apollinarem. Hi dicebant animā a deo verbo in dispensatione incarnationis non assumptam. Deinde pœnitentia ducti corrigentes semetipsos, adiecerunt animam quidem assumptam, quæ tamen non haberet mentem, sed deum verbum esse pro mente in homine assumptum. Et secundum August. in. de hære. contentiosissime dixerunt verbum carnem factum, hoc est, verbi aliquid in carnem conuersum atque mutatum, non autem carnem de Mariæ carne sumptam. Esitius Leui. 14. Venter mentem significat. Cum ergo qui pro nobis passus est, mentem humanam habuisse m

37  
36

nime dubitamus, contra quosdā hæreticos, qui Christum Aſſichen. l. sine mente dixerunt. Item dicit Grego. Nifenus, Apollinaris hæreticus asserit quod Christus non habuit secundum terrenam naturā, propriam voluntatem, sed solum in Christo est voluntas dei, qui de cælo descendit. Et dixit Apollinaris animas ab animabus generari, sicut a corporibus corpora, quod impugnat b. Tho. 2. contra gen. c. 86. Et sic pater docuit filiū & paruulo reliquias hæresis dimisit. Vultgo dicitur, taurum in vepribus sequitur patrem sua proles. Ab istis duobus vocati sunt Apollinaristę vel Apollinariani. Et cōtra Apollinarem b. Amb. librū fecit, & Theodorus Antiochenę ecclesię præſbyter aduersus Apollinaristas. xv. lib. cōposuit de incar. domini, & in. 4. li. contra gen. Tho. disputat contra eundem.

39 **Apostolici** hoc nomen ideo sibi sumpserunt, quod nihil possident, sed res nequaquam recipiunt illos qui aliquo in hoc mūdo vtuntur, secundum Isi. contra illud. 30. di. hæc autem scripsimus diuites cum operibus bonis non abiicimus, & religionem deo acceptissimā esse dicimus. Apostolici sic cognoscuntur, vt dicit Nico. Emerici in libro inquisi. induuntur tunica alba longa & desuper mātello albo ad collum, per modum pallii eleuato super tunicam, funiculo astringuntur, crines longos deferunt, caput nō cooperiunt, nudis pedibus incedunt, per mundum discurrunt, nulli obediunt, &c. Hi vt dicit Aug. de hære. apostolos se esse arrogantissime vocauerunt, eo quod in suam communionem non acciperent vtentes coniugibus & res proprias possidentes, quales habet catholica ecclesia & monachos & clericos, sed vt dicit Tho. 3. contra gen. ca. 127. ideo isti hæretici sunt, quoniam se ab ecclesia separantes, nullam spem putant eos habere qui vtuntur istis quibus ipsi carent. Et Augu. Eucratius isti similes sunt, nam & Apotacticę appellantur, sed aliam scio quæ propria hæretica docere perhibentur.

90 **Aquarii**, isti appellati sunt, quod aquam solam offerunt in calice sacramenti. 23 q. 3. quidā. Tho. 3. parte. q. 74. Aquam solam sub specie sobrietatis in hoc sacrificio offerunt. Et Auguſt. vt supra non illud offerunt quod omnis ecclesia. Quod reprobarur de conse. dist. 2. capi. 1. non debet in calice domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed vtrunque permixtum offeratur.

41 **Aquila** fuit Iudeus, qui post ascensionem domini ad fidem fuit cōuersus, & primam translationem biblię fecit de hebraico in græcum, tempore Adriani imperatoris, anno. 1030. tempore Sixti papę, sed postea in hæresim lapsus est. De quo Irenæus scribens dixit. Deus homo factus est, & ipse dominus saluauit nos, & dedit sibi

gnum illud, quod de virgine scriptum est, & non sicut quidam dicunt eorum, qui ausi sunt aliter interpretari scripturas, & aiunt: Ecce iuuenula in ventre concipiet & pariet filium, sicut interpretatus est Theodotion Ephesius & Aquila Ponticus, ambo Iudæi profelyti, quos secuti Ebionitæ, qui dicunt Christum de Ioseph natum. Hiero. ad Pammachium de optimo genere interpretandi. Aquila profelytus & contentiosus interpretis proicitur a nobis.

**Archantiaci**, a principibus appellatur, quia vniuersitatem quæ deus condidit, opera esse archangelorum defendunt, cōtra illud. 23. dist. qui episcopus. Vnus deus creator omnium quæ sunt. Vel Archantici secundum Augusti. Et etiam operantur quandam turpitudinem, & resurrectionem carnis negant.

**Artatorritæ**, uel Artateritæ, ab oblatione vocati, vel secundum Augusti. quibus oblatio eorum hoc nomen dedit. Panem enim & caseum offerunt, dicentes. A primis hominibus oblationem a fructibus terræ & ouium fuisse celebratam. Hos pepuzanis iungit Epiphanius. Hi tamen non faciunt sicut nec hi qui in melle, aut lacte, aut quauis alia inconuenienti materia consecrare cōtendunt. De conse. dist. 2. capitulo. cum omne, & ibidem. c. i. in sacramentorum oblationibus quæ inter missarū solennia offeruntur domino, panis & vinum aqua permixtum sacrificium offerantur, & omnes euang. asserunt idem, & de caseo nihil dicunt.

**Arabici** nuncupati, eo quod in Arabia exortisunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in nouissimo vtrunque resurgere. 24. q. 3. quidam. dicit Aug. in de hære. quoniam nullum horum Eusebius ponit autorem. Arabicos possumus nuncupare, & hos disputatione Orig. præsentis & eos alloquentis, celerrime dicit fuisse correctos. Nam hæreticorum doctrina fragilis & inutilis a veritate conteritur & dissipatur. Et Iohan. Chrysosto. aduersus Arabes de resurrectione mortuorum, qui animas mori cum corpore dicunt, lib. duos distauit. Leui. 13. dicit Isido. In carne viuam lepram gestat, qui de anima quæ vita carnis est aliquid falsum existimat, sicut Arabici, qui animam mori cum corpore putant.

**Armeni**, proprium habent primatem quem catholicum appellant, cui obediunt velut alteri papæ. In celebratione natalis domini errant, quia in die epiphaniæ natiuitatem domini celebrant. Quadragesimā obseruant quam stricte. Sacerdotes eorum in missis aquam vino non apponunt, sicut nec Græci, clerici portant coronas latas & rotundas, & laici eorū tonsi sunt capitibus in modū ciuis, in sextis feriis carnes comedunt, & Surianis contrariantur.

96 **Artalis** Arrianus, dixit quod deus conuertibilis est per naturam, sicut & vniuersa rationalia, peregrinum & quod extraneū sit verbum ab æterna substantia, & inuisibilis est filio pater, & hic episcopus fuit, de quo primo libro tripar. histo. ca. 13. Hic est notandum quod omnes qui sequebantur Arrium, peccabant, & sic Gregorius communionem Arrii vocat execcationem. i. q. i. c. quod quidā. Ignatius in epistola ad Philadelphenses. Quicumque separatum a veritate fuerit secutus, regnum non hæreditabit, & qui non discesserit a falso quo prædicante in gehennam damnabitur.

97 **Arnaldistæ.** Hi singulis annis Romæ in Cena domini excomunicantur. & extra de hære. capitulo Excommunicamus. vbi dicit Io. An. in nouella. forte sic isti dicuntur a nominibus inuenientium istas sectas, sicut Donatistæ a Donato, & Dulcinistæ nostri temporis a Dulcino, quæ autem fuerit hæresis eorum, nondū legi. & C. de hære. l. Gazaros, perpetua damnantur infamia.

98 **Arnaldus** Brixianus, vnus de complicibus & cohæreticis Petri Abailardi, de quo inquit sanctus Ber. in epist. ad Innocen. papam. Procedit Goliath. s. Petrus iste procerus corpore, nobili illo suo bellico apparatu circummunitus. ante se quoque eius armigero Arnaldo de Brixia, squama squamæ coniungitur, siquidem sibi lauit apīs quæ erat in Francia apī de Italia, & venerunt in vnum aduersus dominum & aduersus christum eius. &c. & magnis efferunt laudibus philosophos, adinuēctiones eorum & suas nouitates catholicorum patrum doctrinæ præferūt & fidei. De eodem idem ad episcopum Constantiē. homo est neque manducans neque bibens, solo cum diabolo sitiēs sanguinem animarum, execratus a Petro apostolo, adhæserat Petro Abailardo, cuius errores ab ecclesia dānatos, defendere pertinaciter conabatur. inimicus crucis Christi, seminator discordiæ, fabricator scismatum. Et idem ad Guidonem legatum Arnaldus de Brixia, cuius cōuersatio mel, & doctrina venenū, cui caput columbæ cauda scorpionis est, quem Brixia euomuit, Roma exhorruit, Frācia repulit, Germania abominatur. Italia nō vult recipere.

99 **Arnoldus** de villanoua in partibus Catelloniæ, magnus medicus, edidit multos libros in quibus erāt huiusmodi errores, scilicet quod natura humana a deo assumpta. est equalis deo in omnibus bonis suis, & quod tanta sit humanitas Christi quantum diuinitas & tantum possit, & quod diabolus ingeniose fecit totum populum Christianū deuiare a veritate domini Iesu Christi, & quod fides quam habet, est talis, qualis fides dæmonum, & quod totus populus Christianus ducitur ad infernum. Item quod omnes claustræ

les sunt extra charitatem & damnantur, & quod omnes falsificane doctrinam Christi, & malefecerunt Theologi qui aliquid de philosophia posuerunt in suis operibus, damnâdo totaliter philosophiam & quod opus medicinæ plus placet deo, quam sacrificium altaris, & faciens celebrare missas post mortem, non facit opus charitatis, & quod in sacrificio altaris sacerdos offerēs: nihil deo offert, neque etiâ voluntatē, & quod in elemosyna magis representatur passio Christi, quam sacrificio altaris, & in consultationibus papalibus non est sciētia, nisi operum humanorum, & quod nunquam deus comminatus est æternam damnationem peccantibus, sed malum exemplum præbentibus, & quod anno ab incarn. domini. 1335. erit mundi finis totaliter. Istæ hæreses damnatæ sunt Trachonę per fratrem Iohan. de Longio Ord. Præ. & per dominum Gansfredum de Crudillis vicarium Trachonensem sede vacante.

**Anominiij** vel Anominiiani, qui latine sine lege dicuntur, coincidunt cum Enominiis. & damnati sunt in secunda synodo vniuersali Constantinopoli.

**Artemo**, anno. 204. sub Seuerino papa, fuit de secta Arrianorū, sicut Paulus Samositanus, & ab ecclesia exclusus. 1. li. hi. tripar. c. 4. & hæc hæresis fuit anno. 263. & mariæ virginitati contra dicebat, & Mariam dixit Ioseph commiscuisse, & alios filios procreasse. Hunc Artemonem patriarcham Constantinopolitanū. Iohan. papa. ii. condemnauit.

**Assurritani**, Donatistæ sunt, & damnati & de sedibus suis repulsi. De quibus Aug. in si. 3. li. cōtra epistolam Parmeniani. Ecce Assurritani, ecce prætextatus, ecce nomina eorū inter damnatos Bagarensi concilio, gestis proconsularibus allegata. & c.

**Astiatæ**. ab vtre sic appellati sunt, quem perhibentur inflatum & opertum circuire bacchantes, tanquam ipsi sint euangelici vtres noui, vino bono repleti, secundum Aug. de hære.

**Asterius** quidam in Cappadocia exercens artē sophisticam, eam relinquens Christianitatem se promittebat assiscere, tētauitque libros describere qui feruntur hætenus per quos Arrii dogma firmatum est, dicebat enim Christum sic esse virtutem dei, sicut dictum apud Mosen, locustas & crucas virtutem dei, & his similia. 3. li. hist. tri. ca. 9.

**Asclepiadotus** discipulus erat Theodotii coriarii, qui princeps & pater fuit huius impietatis, quod Christus est purus homo, qui primus ab hac stulta assertionem ab ecclesiæ societate depulsus est a Victore vrbis Romæ episcopo, & multos decepit,

a quo nominantur Asclepiadotihæretici. Euse. li. v. ca. xxix.

46 **Augures**, qui auguria & diuinationes & stellarū cursus requirunt & euentus ex his futurorum rimantur. Contra illud Deu. 16. Non inueniatur in te qui obseruet auguria. Et talia in Aegy pro sunt inuēta, idololatriæ nāque mater est Aegyptus, & ad illa nullus homo debet recurrere post baptisma, quod si fecerit, opprobriū secum portabit Aegypti, secundū Hiero. & 2. 6. q. 3. c. sed & illud. Et secundum Iacobum de paradiso in libro de potestate dæmonum, Diuinationo quæ fit ex garritu auium, illicita est, quando fit per instinctū dæmonum ad implendas animas vanis opinionibus, vt credatur in talibus aliquid esse diuinum, & honorētur bruta, & diminuitur per hoc fides ad deum, & fiunt multi errores & hæreses per fatuos.

47 **Auerrois** cognomento commentator, Auicennæ æmulus & inimicissimus fuit. Hic, vt inquit Iohannes gerson in. ix. trac. super Magnificat, procacissimus aduersarius noster concessit, quod per virtutes purgati animi potest intellectus separatus a corpore vniri, formari, sustentari, in deo primo & vnico omnium centro. Et inter diuersas hæreses quas recitat Leonardus de Vtino in suo Quadragesimali inquit. Quidam dicitur hæreticus remotione sapientię, quia deus non videt peccata. Psalm. dixerunt. Non videbit dominus, &c. Sic errauit Auerrois. 2. Metaph. dicens, quod intellectus diuinus vilesceret, si minima naturæ attenderet.

48 **Auicenna** Hispalensis medicus de secta Mahomet. Hic secundum Iohan. Gersonem, in centilogio de conceptibus, meritus est in fauorem sectæ Mahometi epilentici. Et cōtra dictum sancti petri dicentis, quod voluntate humana non est allata prophetia, alioquin raptus & prophetię tam in vigilia quam in somno possent accidere naturaliter, quod Auicēna posuit. Dixitq; Auicenna, quod potentia creandi, potest communicari creaturis. Dicit enim in cōtrarium Iohan. Damasco. in. 2. ca. 3. Quicumq; aiunt angelos cōditores cuiuscunque esse substantię, hi omnes sunt patris sui diaboli, omnium enim factor & prouisor & contentor deus est, diabolus enim non est creator, sed deceptor Et b. Tho. i. par. q. 45. ar. 5. de hoc disputat.

49 **Auxentius**, hic fuit magister Eluidii hæretici, & qualis magister talis discipulus, & quia dogma Arrianū anathematizare noluit, a sanctis patribus in concilio Ariminensi condēnatus est. De sancto Martino legitur, cum ipse Mediolani sibi monasteriū statuisset, ibi cum Auxentius autor & princeps Arrianorum grauis sime infectatus est, multisque infectum iniuriis de ciuitate extripauit. Contra Auxentium scripsit Hilarus libellum elegantem, & san

ctus Filiaster Mediolani gregem dominicum ab Auxentio episcopo Arriano sanctissimi Ambro. prædecessore viriliter defendit, & post Auxentii seram Ambrosio surrogato, etiam omnis Italia ad rectam fidem conuertitur.

**B**Alaamitæ, a Balaam ariolo, & secundum glo. Apoc. 2. sunt hæretici qui docent terrenos principes qualiter subuertant & decipiant animas vidētes deum. Et Numeri. 24. Concilium Balaam patet per effectum, videns enim Iudæos promptos ad luxuriam, consuluit Balach, vt pulchras mulieres adduceret, & poneret coram filiis Israel, quarum pulchritudine capti, ruerent in amplexus earum, & seducti comederent de sacrificiis Beelphegor. Et secundum Alber. in dicto loco Apo. Quidam erant in ecclesia Pergami, tempore sancti Iohānis qui docebant fornicari, & edere de sacrificiis idolorum. Et Hiero. aduersus Luciferianos, qui eo tempore apud Pergamēnos crediderunt, qui disciplinā tenebant Balaam. Et sic Apoc. 2. Habeo aduersus te pauca. Glo. si corrigaris, alias multa sūt quod habes illic tenentes doctrinam Balaam, & illos pateris & parcis, & non expellis, &c. Balaam enim dicitur vanus populus, & est hæreticus qui docet Balach, qui interpretatur Elidens, per quem intelligitur princeps opprimēs suos, & docet fornicari & edere. i. peccatum luxuriae & gulæ, quasi non essent peccata.

**Bayra** hæreticus, de secta Iacobitarum, hic instinctu diaboli, sociatus fuit cum aliis quibusdā hæreticis Mahometo, nam Mahometus idiota & illiteratus fuit, & cum eo mansit vsque ad mortē, & eum in diuersis erroribus instruxit. De hoc scribit frater Richar. Ordinis prædi. in libro qui dicitur confutatio legis Mahometicæ in capitulo de Alcorani institu.

**Barbas** episcopus Arrianus. anno. 505. cum quendā baptizaret, dicens. Baptizat te Barbas in nomine patris, per filiū, in spiritu sancto. Aqua euanuit & nusquā comparuit. Quo miraculo, per motus qui baptismū expectabat, confestim ad veram & catholicā fidem transit, vt dicitur in. 2. li. supplementi chroni, & 12. li. trip. hist. Eo tēpore Barbas Arrianorū episcopus defunctus cōsulari Theodosii & Valēntiniani. 3. die. 24. Iunii, in cuius locū Sabbatius ordinatur.

**Bagnolenses** alias Baiolenses, concordant in multis erroribus cum Albanē, licet in paucis discordent, vt patuit supra in Albigenisibus. Idem refert Anto. Flo. in sum. pre. ti. xi. c. v. ii.

**Balatius** dux Aegypti, homo Arriane iniquitatis studiosissimus fautor, adeo deī ecclesiam persequatur, vt animo



vesano virgines monachosque nudatos, verberaret in publico. Ad eum sanctus Anto. literas scripsit, quarum ista sententia est. Video iram dei venientem super te, desine persequi Christianos, ne te ira occupet, quæ proximum tibi iam minatur interitum. Legit infelix epistolam & irrisit, atque in eam expuens, proiecit in terram, portitores afficiens iniuriis Antonio talia nuntiari præcepit. Quoniam cura tibi tantopere monachorum est, etiam ad te mei vigoris transiliet disciplina. Sed confestim minatorem oppressit supplicium, & post quinque dies hos effrenatum, ultio diuina compescuit. Egreditur cum Nesterio præfecto Alexandriae, vehuntur equis mansuetissimis. Cum pariter equi luderent, mitior quo Nesterius vehebatur, morsu repentino Balatium decussit in terram, femora eius lacerauit & corrosit. Relatus ad ciuitatem, post tertiam diem moritur, secundum quod prædixit. s. Anto. ex prima parte vitaspa. & Athan. in vita s. Anto.

**Bartholomæus** Ianouesii de insula minorica oriundus, tempore Urbani. v. libellum edidit in quo posuit istas hæreses de Antichristo, præfixerat enim tempus aduentus Antichristi, in quo per totum mundum sui discipuli apparerent, scilicet in die Pentecostes de anno domini. 1360. Item quod Christiani habentes vsu liberi arbi. qui peruerterentur per Antichristum, sic stare immobiler in erroribus Antichristi, quod nunquam cõuerti possunt ad fidem Christi, & character quem eis faceret Antichristus in fronte vel in manu, deberet habere tantam efficaciam in animabus eorum, quod sic semper manerent in erroribus illius, & sic certitudinaliter damnarentur, & igne missio de cælo corporaliter morentur, & quod pueri paruuli Christianorum, & etiam Iudæi, Saraceni, & infideles, tam paruuli quam adulti per Antichristum peruersi post mortem Antichristi omnes conuerterentur ad fidem Christi, sed non alii quis adultus peruersus de Christianis, & finaliter tota ecclesia dei esset de conuersis Iudæorum, & cæterorum infidelium. Libellus fuit igni traditus Bartholomæo penitente, & errores publice adiurante.

**Bardesanistæ** vel Bardesanitæ, a Bardesano, qui in doctrina Christi prius extitisse phibetur insignis, sed postea quãuis per omnia in Valentini hæresim lapsus est, addens de suo, vt Fa-ro ascriberet cõuersationes hominum, vt dicit Aug. in. 2. li. de hære. & secundum Euse. de temporibus, a Tatiano Bardesanes alterius hæreseos princeps efficitur. anno. 175. sub M. Antonio & Aniceto papa.

**Brachitæ**, isti fuerunt de secta Manichæorum, ponentium duo prima principia contraria, qui nominantur. C. de hære.



**Basilidiani**, a Basilde appellati, qui inter reliquas blasphemias Christum passum abnegauit, vt dicit Isido. Hiero. 2. li. contra Ioui. dicit. Basildes magister luxuriæ & turpissimorum amplexuum. &c. Hic fuit vir acutissimus & 23. volumina a se confecta post se reliquit. Hunc Alexandria ortum produxit, de quo. l. q. 1. c. Marriõ & Basildes non habent euangelium, quia non habent spiritum sanctum, de quo Euseb. li. 4. c. 5. & Agrippa Castorius librũ conscripsit confutationem Basildis Validissimam continentem, per quem versutia ac calliditas viri ad decipiendum nimis apta detegitur. Docuit quoque fidem negandam persecutionis temporibus. Et glo. super præfationem in euang. Lucæ, dicit, vt Basildes & Apelles, & qui sub nomine Thomæ vel Matthiæ, & aliorum apostolorũ, falsa scripserunt. Et sic secundum Bedam. Lucas ea causa maxime scripsit euangelium, ne pseudoeuangelistis esset facultas prædicandi, qui sub nomine Christi apostolorumque eius conati sunt sectas perfidię inducere. Ignatius ad Tral. Fugite Basildem & toram collectionem indignitatis ipsius Augu. in li. de hære. Basildes in hoc distabat a Simonianis quod. 365. cælos esse dicebat, mundum istum vel hominẽ, non credunt a deo factum, sed a. 365. cælo, amatoria carmina studio sissime discunt, a Iudæis non credunt Christum crucifixum, sed Simonem Cyrenẽum, qui angariatus sustulit crucem eius. Et Hierony. in libro Amos. Omnipotentem deum portentoso nomine appellat, & dicit eum in solis circulo cõtineri. Idem aduersus Lucifer. Basildes summum deum Abraxas cum trecentis sexagintaquinque editionibus commentatus est. Item Abraxas est deus fictitijs Basildis ex numeri suppuratione.

**Berillus** in Arabia episcopus, cum aliquanto tempore rexisset ecclesiam, in hæresim ad extremũ lapsus est, qui asserit Christum ante Mariam nõ fuisse. s. quo ad deitatem. vt dicit Anto. 1. par. spec. hi. ti. 7. sed ab Orig. per epistolas correptus, gratias egit, & Euseb. li. 6. c. 26. ita errorem Berilli ab ecclesia depulit Orig. vt emendaret non perderet erroris autorem.

**Bedricus** autor Orebitarum hæreticorum Scamicësis natione Morauus bellis assiduus, qui sprete religione Christiana, calatoque põtificio iure, vxorẽ publice duxit, & illa mortua, alterã ex Polonia superduxit, ex qua filios suę negitię sectatores sustulit, vt di. Ene. Syl. de ori. Bohe. c. 4. 7. Hæreti. sunt, qui male senserunt de incar. Christi, lacerantes ecclesiã, & catho. fidem fraudulẽter corrupentes.

**Blascus**, iste lapsus in hæresim, socius criminis fuit cum Florino contra veritatem catholicam, vulpecula ista ganiuit, sed

obstructum est os eius per Apollinarem Hieropolitem?

7<sup>a</sup> **Begardi** vel **Beguini**, Anno. 1341. sub Iohan. xxii. papa & Lodo-  
 vico. iiii. capitio demisso incedunt, faciem semper coope-  
 riunt, laute bibunt & comedunt, conuiuia quærunt, consortium mu-  
 lierum non respuunt, in ecclesia sedent in terra, vultu verso ad parietem,  
 oculos ad cælum non eleuant, isti maligni homines procurante  
 latore malorum operum has hæreses asseruerunt, quæ ponuntur in  
 Clemen. ad nostrum de hære. Vnus error est, quod homo in præsen-  
 ti vita tantum & talem gradum perfectionis potest acquirere, vt red-  
 datur impeccabilis, & amplius in gratia proficere valeat. Secundus,  
 quod ieiunare vel orare non oportet hominem, postquam gradum  
 vltimum perfectionis fuerit assecutus. Tertius, quod illi qui sunt in  
 prædicto statu perfectionis & spiritu liberratis, non sunt humanæ  
 subiecti obedientiæ, vbi inquit Franc. de Sarabellis, ex hoc sequere-  
 tur quod aliqui essent Acephali, quod est cõtra illud. 23. di. Nulla ra-  
 tione clerici aut sacerdotes habendi sunt, qui sub nullius episcopi dis-  
 ciplina & prouidẽtia gubernantur. tales enim Acephalos. i. sine ca-  
 pite, prisca consuetudo nuncupauit. Et infra in. 4. li. cõtra Luter. pro-  
 babitur, quod obedire papæ est de salutis necessitate. Quartus error  
 quod homo potest finalem beatitudinem, secundum gradum perfe-  
 ctionis, in præsentis vita consequi, sicut eam in vita obtinebit beata.  
 Quintus, quod quælibet intellectualis natura seipsa naturaliter est  
 beata, quodq; anima non indiget lumine gloriæ ipsam eleuante ad  
 videndum deum, & eo beate fruendum. Sextus, quod se in actibus  
 exercere virtutum est hominis imperfecti, & anima licetiar a se vir-  
 tutes. Septimus, quod mulierum osculum cum ad hoc natura nõ in-  
 clinet, est mortale, actus autem carnalis cum ad hoc natura inclinet,  
 peccatum non est, maxime cum tentatur exercens. Octauus, quod  
 in eleuatione corporis Christi, non debent assurgere, nec eidem re-  
 uerentiam exhibere. Dicit hic Io. de Imola. Nota prælatum potissis-  
 me papam debere attendere circa augmentum fidei catholicæ, & ex-  
 tirpatione hæreticorum, & diocefanos debere sollicitos esse in parti-  
 bus illis in quibus hæretici, potissime Beguini & Beginæ sunt. Con-  
 tra Begardorum errores Alpharus in. 2. li. de planctu ecclesiæ.

7<sup>a</sup> **Berengarius** Turonensis, de eucharistia prauè sentiebat, contra  
 quem ex præcepto Leonis papæ in cõcilio Toleta-  
 no Lāfranæus doctor disputauit, & eū eloquentissimo sermone con-  
 fudit, & errorē reuocauit, vt dicitur de consecratione distinctione se-  
 cunda, capitulo Ego Berengarius. Ideo inter hæreticos non ponitur,  
 quia postea nõ fuit relapsus, sed quia doctrina eius fuit hæretica, Hic

Lanfrancus sub Leone ix. in synodo Vercellensi se purgauit ab errore Berengarii. Hinc est notandum, quod reuertentes ab hæresi, debent primo confiteri errorem suum coram episcopo vel alio inquisitore. Secundo debent hæresim abiurare, & forma iuramēti ponitur in dicto c. Tertio debent dignā satisfactionē exhibere in ca. ad abolendam. li. vi. de hæ. Anno. 1064. sub Henrico. ii. & Stephano. ix.

**Bizochi**, hi sunt qui & Fratricelli, secundum Io. xxii. in extraua, quæ incipit. Sancta Ro. & vniuersalis ecclesia.

**Bohemi** vel Bohemistæ, qui sequuntur errores vvaldensium, hi per Iohan. Huss sunt corrupti diuersis hæresibus. Teutones per circuitum habitates, alios Philistæos, alios Idumæos, Moabitasque vocabant. Bohemiam terram promissionis esse dicebant. Vnde vniuersitas Pragen. quā Carolus. iiii. erexit, translata est, nam dicit Aeneas Syl. 25. capitulo de origine Bohemorum. Magistri & discipuli Teutonici generis iureiurādo adacti, vna die supra duo milia secuti, apud Lipsiam Misnæ, ciuitatem, dierum trium itinere a Praga distantem, vniuersale studium erexere. Bohemis suæ scholæ gubernatio libere patuit, quorum princeps est habitus Iohan. Huss, qui vbi satis fidei comparatum sibi existimauit, venenum quod iam pridem occulte conceperat, palam euomuit. De hoc infra.

**Bonosiani**, a Bonosio quodam episcopo exorti produntur, qui Christum dei filium adoptiuum, & non naturalem & proprium asserunt, hoc reprobatur Iohannis. 14. & extra de celebr. miss. capi. in quadam Quidam dixerunt, sed errauerunt, Christum non fuisse verum deum, sed adoptiuum, vt miseri Arriani. Glo. Bonosiani. Dicit Astexanus in quarto lib. ti. v. quod Monosolitæ a Monoso autore hæresis eorum, isti vt puto sunt & qui dicuntur Monosiaci. de conse. distin. 2. c. hi vero hæretici. Sed quidam libri habent Bonosiaci, isti non credebant Christum esse filium dei naturalem. Item in eodem ca. Isti spiritus sanctum peruerso sensu esse quendam paruū hominem mōranum credunt. Et. l. q. l. c. quidam. in fine dicitur Gregorius vocat Bonosii ordinationem damnationem, huius hæresis doctrinam habent Circuncellion.

**Buganrius** de monte Falconæ, autor eorum hæreticorum in partibus Catalonia, qui ausi sunt dogmatizare. quod omnia de genere bonorum quæ fienda sunt, sunt fienda puro amore, & non ex alia causa, nec spe mercedis æternæ. Tandem iste error fuit cōdemnatus publice & solenniter per Sancirium Trachonēsem archiepiscopum, Ordinis fratrum Minorum, & per patrem Nicolaum Rosselli inquisitorem, Ordinis Prædicatorum, postea Cardinalem.

76 **Borboritæ**, secundum Augustinum, vel Borboriani, de hære. vo-  
cantur quasi coenosi, propter nimiam turpitudinem,  
quam in suis mysteriis exercere dicuntur, & nonnulli vocant eos Gno-  
sticos, alii Castadogos. Dicuntur quoque bonum deum & malum.  
deum in suis habere dogmatibus, cæteros eorum errores. vide in  
Gnosticis.

77 **Bononatus** in partibus Catalonię in villa Franca de penades pri-  
micerius & hæresiarcha quam plurimum Begardorum  
qui prius abiurauerat, postea traditus fuerat vt impotens seculari  
curiæ, & iam ex vno latere assatus fuerat & finxit se penitere. Iste cū  
suis complicibus composuerunt hæreses Begardorum, & tãdem per  
dominum ferrarium de Apulia episcopum Barginonensem & fra-  
trem Guilhelmum Costa inquisitorem, fuit eorum congregatio cõ-  
demnata, & domus eorum habitationis in villa Franca diruta, & di-  
ctus frater Bononatus, vt relapsus & impenitens fuit traditus curiæ  
seculari & ignibus consumptus.

78 **Bulgari** inter Vngariam & Græciam constituti Christiani effecti  
sunt, multis annis sub obedientia Romani Pontificis, &  
fuerunt Christianorū propugnatores contra Turcam. Et Nicolaus  
papa primus in ea gente tantum profecit, vt pulso Phocino hæretico,  
qui se illi genti insinuauerat, vt rex tradito regno maiori ex filiis  
habitum susceperet monachalem. Ad quorum consultationem idē  
Nicolaus respondit, vt dicitur distinctione. 28. c. Consultationi. Ve-  
rum cum imperatoribus oriētis communicarunt propter locorum  
confinia, cæperunt in ritus Græcorum degenerare, in quibus perma-  
nent vsque hodie, de quibus scribit Blondus Romanus, antiquita-  
tis scrutator.

79 **Caiani** proinde sunt appellati, quoniam Caim adorant, di-  
centes eum fortissimæ esse virtutis, similiter & Iudam tradito-  
rem aliquid diuinum putant esse, & scelus eius beneficium  
reputant, vel dicuntur Caioni a Caiono Alexandriae episcopo, &  
asserunt Iudam præcisse quantum esset generi humano Christi pas-  
sio profutura ad occidendum Iudæis, propterea tradidisset illos eti-  
am. quoniam scisma faciētes in populo primo dei, terra dehiscente,  
perierunt Choræ. Datan & Abiron, & Sodomitas colere perhiben-  
tur. blasphemant legem & deum legis autorem, carnisque resurrex-  
tionem negant. Augustinus de hæresibus.

80 **Castadogi**, De his quære in Borboritis.

**Catharistæ**, hisunt Manichæi sic appellati. i. purgatores de carni-  
bus non vescuntur tanquam de mortuis vel occisis  
fugerit diuina substantia, oua non sumunt quasi & cum ipsa frangū-  
tur expirent, vinum non bibūt, dicentes, sel esse principum tenebra-  
rum, cum vescuntur vuis.

**Caponius** episcopus fuit, sed postea deprauatus errore Arrii, in-  
quit enim. Nō perfecte & integre nouit filius patrem,  
neq; enim perfecte videre potest. Creatura enim est, & factura filius  
& omnia alia docuit, quæ & Arrius, li. i. tri. hi. c. 23.

**Campates**, sic enim eos vocat Hiero. in episto. contra Luciferia.  
Hi concordāt cum Circumcellionibus & Donatistis  
qui Romæ dicuntur Montenſes, de his quære in suis locis.

**Campenses** cum Tarsensibus hæreticis copulati, nihil aliud am-  
biūt quam vt autoritate communionis vestræ, tres  
hypostasēs cum antiquo sensu prædicent secundum Hiero. ad Dama-  
sum in epistola, quæ incipit. Quoniam vetusto, & concurrunt cum  
Arrianis. Campæ sonat flexus, & Ptholemæus Campas Ciliciæ par-  
tem facit, ni fallor eā quæ inflexo littore Issici sinus deflectit ad Syriā.

**Cathari** alias Catharæ vel Cathærii, ex munditia ita se nomina-  
uerunt, glorientes de suis meritis. Negant penitentibus  
veniam peccatorum, contra illud Ezech. 18. In quacunq; hora. &c,  
& l. di. ponderet, de mortiferis criminibus poenitentiam negat, & ta-  
men in honore permansit. Augustinus. Superbissime & odiosissime  
sice nominant, poenitentiā negant, Nouatum hæreticum sequētes,  
nam & Manichæi Catharistæ appellantur, quasi purgatores. Viduas  
si nupserint, tanquam adulteras damnant. Mundiores se cæteris præ-  
dicant, qui nomen suum si cognoscere vellent, mundanos se potius  
quam mundos vocarent. 74. q. 3. quidam. De quibus b. Tho. in trac.  
contra impug. rel. ca. 6. sic dicit. Hic error vigilantii, qui consilium de  
paupertate euangelica, ausus est destruere omnino, per successiones  
errantium vsque ad hodierna tempora peruenit, qui & in hæreticis  
quibusdam qui Cathari nominantur permansit. Catharorum tres  
sunt sectæ principales, vt supra in Albigen.

**Cataphriges** vel Cataphrygii, his prouincia Phrygiæ nomen de-  
dit, quia ibi extiterunt auctores eorum, Montanus  
& cæteri: & Prisca & Maximilla fuerunt prophetissæ Montani, anno  
174. tempore Commodi imperatoris & Soreri papæ. Et Montanus  
fuit tanquam paracletus, qui aduētū spiritus sancti non in apostolos,  
sed in se traditum fuisse. contra. i. q. i. vt euidenter ostenderet domi-  
nus a spiritu sancto quem donauit fidelibus dimitti peccata, non me

ricis hominum, & ergo de conse. di. 4. c. hi vero hæretici, dicitur, qui in trinitatis nomine non baptizantur, sicut sunt Bonosiani & Cataphrygi, quia & illi Christum dominum non credunt, & spiritum sanctum peruerso sensu esse quendam paruum hominem montanum credunt. Sic. i. q. i. si qui confugerint ad ecclesiam catholicam de Cataphrygis, statutum est rebaptizari eos omnino debere. Cataphryges secundas nuptias pro fornicationibus habent. Sacramenta perhibentur funesta habere, nam de infantis anniculi sanguine, quem de toto eius corpore minutis compunctionū vulneribus extorqueēt qui Eucharistiam suam conficere perhibētur, miscentes eum farinae panemque inde facientes, qui puer si fuerit mortuus, habetur apud eos pro martyre, si autem vixerit, pro magno sacerdote habetur, vt dicit Augustinus. & sicut dicit glosa super illud Osee. 8. Ve eis qui recesserunt a me. Raro hæreticus diligit castitatem, & qui se amare simulat sicut Cataphryge ore venenato mel promittit, sed turpe est dicere, quæ in occulto facit. Dicunt etiam quod mulier potest habere sacros ordines, quod reprobatur bea. Thomas in postil. ad Tit. 3. Cōtra istos scripsit Apollinaris Hierapolites, & Melchiodorus papa contra Cataphrygas volumen præcipuum conscripsit, & Rhodon genere Asianus in scripturis eruditus aduersus eos insigne opus fecit, & Apollonius ecclesiasticus scriptor aduersus eos libellum edidit, in quo prophetias eorum esse falsas conuincit, vt dicit Eusebius libro septimo, capitulo decimonono.

87 **Catilina** Arrianus, de quo Hieronimus ad Riparium de hæresibus expugnandis. Scias, inquit, in hanc prouinciā nullis humanis auxilijs, sed proprie Christi sententiā pulsū esse, non solum de vrbe, sed de palestinae quoque finibus Catilinam scilicet ad Arrium Alexandrinū præsb. Nos quoque dolere plurimū quod cū Lētulo multi coniurationis socii remāserunt. Hiero. vocat socios Arrii qui illius dogma defendebāt, qui in Ioppe remorantur.

88 **Carpocratiani** a Carpocrate quodam vocantur, qui Christum dixit hominem fuisse tātum, contra illud. 23. dist. qui episcopus. Qui erat in diuinitate dei patris filius, deus verus & verus homo ex matre. Et dixit de vtroque fuisse progenitum, quod reprobatur. 27. q. 2. c. inuenta est habēs in vtero a beato Ioseph, qui licet eam non contingeret. Quare dicit Ignatius in epistola ad Antiochenses. Quicumque purum hominem dicit esse Christum, males dictus (secundum dictum prophete) non in deum fidens, sed in hominem tantum. Propterea & infructuosus est, quemadmodum thamariscus, quæ est in deserto. Scribit Irenæus coeuum tempore & mo

ribus Saturniui & Basilidis hæreticorum Carpocratem superstitionis alterius, qui Gnostici appellantur, vocabulo a sua conficto auctoris, de quo sic dicit Euse. 4. li. c. 5, qui sæpe præstigia Simonis magi, non vt ille clam, sed publice ac palam tradebat, & velut pro summis atque optimis studiis laudem professam ac publicam de nefariis artibus a deceptis auditoribus requirebat, & magicas artes in luce publica perorabat. Hic Carpocrates (secundum Aug.) docebat omnem operationem & admirationem peccati, nec aliter euadi & pertransiri principatus & potestates quibus hæc placet, vt possint ad cælum superius peruenire. Resurrectionem corporis simul cum lege abiiebat. Dicit glo. Leui. 13. In corpore lepram gerit, qui ecclesiæ detrahit sicut Carpocratiani, qui negant resurrectionem carnis. Negant mûdum a deo factum, sed nescio a quibus spiritibus mundum factum. Sæcæ ipsius fuisse traditur socia quædam Marcellina, quæ colebat imagines Iesu & Pauli & Homeri & Pythagoræ adorando, incensumque ponendo.

**Cælestiani,** a Cælestio qui fuit Pelagianus, anno. 404. sub Arcadio, & Innocentio. i. qui damnauit ad instantiam concilii Africani hæresim Pelagianam. De quo Aug. in li. de perfectione iustitiæ ad Eutropium & Paulum episcopos, idem sentit sicut Pelagius. nam Cælestius Pelagium magistrum est secutus, vt sectatores eius Cælestiani nuncupantur secundum August. in de hære. Qui enim alienam doctrinam sequitur, alienos diligit. Et August. de fide cath. cum Cælestinus atque Pelagius in Ephesina synodo sint damnati, quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum damnantur auctores. Et Cælestius rationibus sophisticis nitebatur probare nullum hominem peccare si vellet, omnes esse iustos si velient, & quod homo ad perfectum statum potest peruenire si vellet. Et Aug. soluit xvi. argumenta eius in li. de perfe. iustitiæ. Hiero. in epistola ad Alipium & Augustinum, gratulatur Augustino quod eius opera hæresis Cælestiana oppressa est. Sed dicit glo. Osee. 5. Hæretici sæpe sophismatibus & arte diabolica opprimunt ecclesiam, qui non mundiæ veræ fidei, sed sordes sequuntur mendacii, traditi diabolo & angelis eius, videntur sibi calumniam pati, & in se esse fractam iudicii virtutem. Et hic Cælestius secundum Gennadium, antequam Pelagii dogma incurreret, immo adhuc adolescens scripsit ad parentes suos de monasterio epistolas tres.

**Cecilianus,** de quo inter alia dicit Aug. si modo cõueniret Cæcilianus de his quæ inferuntur ei, etiam post mortem illum anathematizo. Item si vera sunt quæ Cæciliano obiecta sunt, &



nobis aliquando possent monfrari, ipsum mortuum anathematiza  
remus. De hoc. 24. q. 2. c. Sane.

90 **Cleobulus** vel Cleobius, vnde & Cleobiani, vnus de primis hæ  
reticis, vnitatem fratrum scindētibz, de quosic scri  
bit Ignat. in epistola ad Trall. Fugite ipsius nequissimi diaboli nepo  
tes Theodotum & Cleobulum, qui generāt fructum mortiferum, de  
quo si quis gustauerit, morietur æterna morte. De quo Euf. li. 4. c. 8.

92 **Cerdoniani**, a cerdone mago & hæretico Martionis nuncupati,  
anno. 1044. sub Antonio Pio & Thelesphoro, qui  
duo asserunt contraria principia, hos secundū Isido. sequuntur Mar  
tionistæ, dicunt enim Christum non esse natum ex foemina, nec ha  
buisse carnem, nec vere mortuum, vel quicquā passum, sed simulaf  
se passionem. Duos deos ponunt, quidam eorū bonum & malum.  
Resurrectionem mortuorum negant, spernunt etiam testamentum  
vetus secundum Augusti. & Irenæus in. 3. li. aduersus hæreses dicit,  
Cerdo a sectatoribus Simonis impietatis suæ occasionibus sumpris.  
Romam venit sub Igino, ibi docuit, quod is qui a lege & prophe  
tis prædicatus est deus, non esse potest ipse pater domini nostri Iesu  
Christi, quia ille quidem norus est, hic autem ignorus est, ille iustus,  
hic autem bonus. Cui succedens Martion Ponticus absque reueren  
tia vlla blasphemās, auxit autoris insaniam. De hoc Euse. 4. li. c. 80.

93 **Cherintiani** secundum Isid. a Cherinto quodam nuncupati, an  
no 84. tempore Cleti & Domitiani imperatoris,  
isti circūcisionem obseruant, contra illud ad Gal. Si circūcidimini,  
Christus nihil vobis prodest. & extra de bap. c. Maiores, cum bap  
tisma successerit circūcisioni, absit vt in illam damnatam hæresim in  
cidamus, quæ perperam affirmabat legem cum euangelio & circū  
cisionem cum baptismo seruādā. Mille annos post resurrectionem  
in voluptate carnis prædicant, quod reprobarur Marci. 12. Non nu  
bent neque nubentur. De isto cherinto dicit Beda super epistolam  
Iohan. narrat enim de illo. f. Iohanne auditor eius sanctissimus vir  
& martyr fortissimus Polycarpus Smyrnæorum antistes, quod tem  
pore quodā cum apud Ephesum balnea lauandi gratia fuisset ingres  
sus, & vidisset ibi Cherintum exire, cōtinuo discessit nō lotus, dicēs.  
Fugiamus hinc ne balnea ipsa nos corrumpant, in quibus est Che  
rintus inimicus veritatis. Quo egresso, balneum cecidit, & hæretis  
cum cum suis oppressit, de hoc. 24. q. 1. capi. Omnis qui. Hic hære  
siarcha turpulosus & libidinofus torus, a quo dicta est hæresis Che  
rintiana, hic dicit legalia obseruanda, & Caius in dispu. suorum dia  
lo. dicit. Cherintus per reuelationes quasdam quas velut a magno



apostolo conscriptas, vt & per angelos reuelatas putaret, talia quædam porteta nobis inducere nititur, post resurrectionem terrenum futurum esse regnum Christi, in quo Hierusalem & homines in carne iterum concupiscentiis & vitiis subiectam conuersationem habituros, contra fidem quoque scripturarum mille annos designat. Dicunt etiam mundum ab angelis esse factum. Iesum tantummodo fuisse hominem, nec resurrexisse, sed resurrecturum. Et hi etiam dicuntur Merinthiani a Merintho, vt dicit Augu. & Rupertus Tuitien. super illud Apoca. Ego sum alpha & o, quid enim illic offenderet Cherintum vel Ebionem vel arrium, aut alium quolibet diuinitatis Christi inimicum hæreticum. Hæreticus quoque quilibet eiusmodi concederet & confiteretur, sed eundem esse deum deo patri coæqualem sine initio cum patre & in patre manentem non confiteretur, recte ergo dixisse non contentus, addit istud quod summum est in quo si des Christiana cõsistat, velut supremo gradu de Christi diuinitate, similiter eque vt de patre sentiens sicut & dignum est, & dicens in persona eius, vt videlicet maiori tonitruo qui contradicunt illæ rana loquaces conerantur, ego sum alpha & o, hæc vero dicens, siue dicentem illum, inferes patri coæquat, sic etiam verbum antiquum, quod erat. In principio erat verbum, &c. est contra Cherintum aliosque antichristos, qui negare incipiebant ante Mariam fuisse Christum.

**Chiliastæ**, hi sunt Cherintiani. 24. q. 3. quidam. Nisi quod hic est appellatio Græca, & obseruant eosdem errores sicut Cherintiani, chile enim græce mille latine dicitur. & dicit Helianus quod Papias Hieropolitanus in Asia episcopus, fuit autor hæreticorum qui dicuntur Chiliastæ. i. millenarii, qui dicitur mille annorum Iudaicam ædidisse deuterofim. i. nouitatē. Qui post resurrectionem autem in carne dominum cum sanctis regnaturum & sanctos epulaturus cum Christo corporaliter. Dicunt quoque in mille annorum regno mulierem instaurandam esse, & eandem esse quæ prius habuit virum.

**Cynici** olim fuerunt philosophi carnales & bestiales, dicentes licet re commiseri foemina inftar canū, modo huiusmodi prurientes auribus introierunt dominationem spernentes & maiestatem blasphemantes, de quibus. 1. Pe. 2. Multi sequentur eorum luxurias. Hi sunt vvaldenses & consimiles, de quibus dicitur in locis suis.

**Circuncelliones** dicuntur, eo quod agrestes sint quos scotopicos vocant, qui Bonosianorum doctrinam habent. Hi amore martyrii seipsos perimunt, vt violenter de hac vita discedentes martyres nominentur. Contra illud. 23. q. 5. si non licet.

Profecto enim qui seipsum occidit, homicida est. Item c. tu dixisti, & c. non est nostrum, de quibus etiam ca. Circuncelliones illas clericos partes Donati, &c. vbi scribit August. ad Marcellianum comitem de Donatistis captis. Aug. in de hære. Circuncelliones genus hominū agreste & famosissimæ audaciæ, non solum in alios immania facinora perpetrando, sed nec sibi eadem insaniam & feritatem parcendo, sed per mortes varias maxime præcipitiorum & aquarum & ignium sexus vtriusq; seducere, vt occidantur ab aliis, mortem nisi facerent comminantes. Possidonius de vita Aug. dicit aliquoties eius vias armati iidem Circuncelliones contra famulum dei August. obsiderunt, sed hi itineris errore seducti, eum inuenire non potuerunt.

97 **Choitæ**, a Choita hæretico, qui fuit de numero eorum qui euāgelia lanauerunt secundum Hiero. contra Lucifer.

98 **Constantius**, Constantini filius, Constantis frater, ab Arrio tractus est in hæresim Arrianam, vt quosdam in deo gradus crederet. Hic secundum Hiero. in vita Hilarionis hæremite rex Arrianorum in exilium deportauit Dracontium & Philonem episcopos. Et Orosius lib. 7. Constantius dum Constantem fratrem bello infectatur incauta petulantia periculis sese offerens, a ducibus eius occisus est. Et Hiero. ad Heliodorum epitaphio Nepotiani Constantius Arrianæ fautor hæreseos dum contra inimicum paratur, & concitus fertur ad pugnam, in Mopsi viculo moriens magno dolore, hosti reliquit imperium.

99 **Colorbosus** secutus est Menandrianos & Marcum, de quibus infra, a quo dicuntur Colorbosii hæretici. Hic enim vitam omnium hominum & generationum in septem sideribus affirmat, vt dicit Aug. de hære.

100 **Crispinus** Donatista, in Calamensi ciuitate & regione episcopus fuit, vt dicit Possidonius, contra quem Aug. trino confictu disputauit, ita Crispinus proconsulari & libellari sententia est pronuntiatus hæreticus. Et præceptum est, nullo prorsus loco hæreticos Donatistas esse debere, & sic multum creuit sancta ecclesia.

101 **Concordenses**, vel secundum alios Cozorenses, quære supra in Albanensibus.

102 **Colitiani**, a quodam Colitio nominati sunt, aut secundum Isidorum Coluthiana quodam Colinto, vel secundum Aug. dicitur Coluthiani a quodam Colutho, qui dicunt deum non facere mala, contra illud quod scriptum est Esa. 37. Ego deus creans mala. Et hoc intelligitur de malis penæ, sicut dicitur Amos. 3. Si est malum in

ciuitate quod deus non fecerit. Vel deus creat mala, idest nocua, vt venenū, lupos, araneas, & similia, quæ magis nocent quam profunt, vt dicit Aug. quamuis Coluthiani & Floratini inter se contraria dicunt, tamen ambo diuinis alloquiis resistebāt. Creat enim deus mala. poenas iustissimas irrogando, quod Coluthus non videbat, non autem malas creando naturas atque substātiās, in quantum sunt nature atque substātiæ, vbi Florinus errauit.

**Constans** nepos Eraclii Imperator, regnās in Græcia & nō Romæ anno. 660. tēpore Theodorici primi papæ, hic Cōstans fuit pessimus in omnibus & crudelis contra catholicos, & hæreticus de Acephalitarū secta. Qui quadā vice de neapoli veniēs Romam, pulcherrima ædificia & palatia, ob inuidiā ciuium Romanū. destruxit, & in Tiberim proiecit, & multas plateas ciuitatis fecit desolatas.

**Constantinus** quintus imperator, pessimus hæreticus fuit, qui demoniis immolabat, ecclesiā dei longo tempore afflixit, nec euasit impunitatē. Nam cōpleto misterio iniquitatis præfinitę, horribiliter clamās, igni sum inextinguibili traditus, spiritum exhalauit. Insensatis imperatoribus suæ vesanię relinquēs exemplū.

**Cosmi**, horum hæresis concurrit cū Marcellianis, qui fuerunt dā nati in secunda synodo vniuersali Constantinopolitana.

**Copti** sunt Christiani, sed hæretici, in partibus Indiæ hinc inde habitantes, & vtuntur in ecclesiis quodam libro fabuloso, qui dicitur secreta Petri & in missis legunt euangelium Nicodemi.

**Chorizantium** secta transiuit anno. 1373.

**Cresconius** grammaticus Donatista, contra quem Augustinus quatuor libros scripsit, in quibus Cresconiū in multis reprehendit, maxime in hoc quod Petulionum defendit, qui negat quod Christus sit Christiani origo, radix & caput.

**DADOSIUS**, vnus de principibus Messaliorum, qui inter cætera dicunt diuinum cibum nec prodesse nec ledere, de quo dominus dixit. Qui comedit carnem meam & bibit sanguinem meum, viuet in eternum. de hoc. 7. lib. hist. tri. ca. ii.

**CDACTILORINCHITAE**, de his in Pattolorichitis. de Dinanto, cuius error fuit quod deus est materia prima. Contra hoc b. Tho. i. cōtra gen. ca 17. & i. par. q. 3. art. 8. q. impossibile est deū aliquo modo in cōpositionē alicuius venire. Dicit enim Dion. c. 2. de diui. no. quod neq; tactus est eius. s. dei nec quādā ad partes commiscēdi cōio. Et dicit Cæsa. 5. di. dial. que d libri M. Dauid perpetuo dānati sunt & exusti, De aliis erro, supra in Almarico.

**Decarthita**, Manichei fuerunt, & de eis diuus imperator facit mentionem, C. de hære. Nota quod Manichæi totū uirum euomentes contra honorem creatoris omnium machinati sunt & propagines suas longe lateque extenderunt, pro quorum extinctione ecclesia multos agones subiit.

**Desiderius** hæresiarcha, de quo b. Tho. contra impugnantes religionem, ca. 6. Desiderius hæresiarcha Longobardus, nostris temporibus edidit quendam tractatum contra catholicam ueritatē, in quo inter cætera condēnat statum eorum, qui relictis omnibus egere uolunt cum Christo, hic paupertatē totaliter condēnat, & quod non sit licitū sua omnia pro Christo relinquere, nisi talem religionem inuenerit quæ possessiones habeat, uel nisi talis sit quod de labore manuum uiuere intendar.

**Deuterus** hæreticus Arrianus episcopus, dū in Constantinopoli, ut dicit Sigibertus in sua chronica, Barbam quendam baptizaret, & male distinguens trinitatem, dicens, Baptizo te Barba in nomine patris, per filium in spiritu sancto, aqua disparuit.

**Dimophilus** Arrianus fuit, nec dogma Arrianorum anathematizare uolens, idcirco in concilio Ariminensi damnatus est tempore Constantii imperatoris. De quo etiam secundo libro histo. tripar. ca. 22. & lib. 2. ca. 10.

**Dioscorus** olim episcopus Alexandrinus, anno domini 444. sub Martiano principe & Leone primo, qui dixit unam naturam esse uerbi dei & carnis. Peccat igitur in fide, qui est defensor hæreticorum, 2. 4. q. 1. c. 2. Et huius sectam & subsceleratę cohortis ponit Iohānes Damascenus lib. 3. ca. 3. Vnde sancti patres apud Calcedonem congregati Dioscorum damnarunt, non tantum de hæresi, sed etiam quia ausus fuit sanctum Leonem papam excommunicare maiorem se, ut dicitur distin. 21. ca. intantum, & dist. 13. ca. canones sunt secuti, & 2. 4. q. 2. c. sane existunt etiam qui eidem Dioscoro, & C. de hære. l. quicūque Apollinaris facinorosissimam sectam. Eutices & Dioscorus communicatores permanserunt usque ad mortē eius. Contra Dioscorum scripsit Hilarius librum unum ad præfectum Salutium. Et Theodorus episcopus Syrię ciuitatis dicta fortia contra eundem fecit.

**Diodorus**, de quo Damasc. libr. 3. c. 3. & cum aliis Arrianis posuit in Christo unionem personalem in una duntaxat natura, scilicet humana, & Christū negauit uerum esse deum. Vbi nota, quod dixerunt Christum tantum fuisse hominem, & ipsum ad diuinam propemodum dignitatem ob gratiæ abundantiam operūc;

excellētiam esse euectum, & proinde deum in scripturis appellatum quasi non natura deus esset, sed gloria tantum honore nominis. Vn de quidam eorum dixit, non in iudeo Christo facto deo, hec & ego fieri possum si volo. De hoc habet Grego. 18. lib. moralium. Et dicit Hilarius. Hic enim verus & proprius est filius, origine, non adoptione, veritate, non nuncupatione, natiuitate, non creatione.

**Discalciati**, isti non intrant sancta loca, nec locum orationis, nisi sint discalciati, moti ex illo verbo quod dominus dixit ad Moſen. Exodi. 3. Solue calciamētum de pedibus tuis. Et illum modum tenent Saraceni, quando intrant Meſquitas eorum nudis & lotis pedibus, vt adorēt per fidum Mahometum diebus singulis, certis horis, vt dicitur in Cle. Cedit quidem de Iudæis & Sa. &c. De his sic scribit Augusti. de hære. Est alia hæresis nudis pedibus semper ambulantium, in eo quod dominus dixit ad Moſen. Solue &c. Et quod propheta Esaias nudis pedibus iussus fuit ambulare.

**Donatistæ** vel Donatiani, a Donato quodam Afro nuncupati sunt, anno. 334. sub Constantio imperatore & Iulio. i. papa. Qui Donatus de Numidia veniens, pene totam Africam sua persuasione decepit, asserens minorem patre filium & minorem filio spiritum sanctum, & rebaptizauit catholicos. 24. q. 3. quidam. & C. de hære. Iste error vocatur rebaptizantium. Contra illum de cons. dist. 4. c. eos non licet fieri rebaptizationes, & c. rebaptizare. Et talis punitur capite. C. ne sanctum baptisma reiteretur. li. i. Vnde Donatistæ & Manichæi totam fere Africam cum suis erroribus corruerent & imperitos deciperant, & sanctum Augustinum fatigabant, propter quod multos libros contra illos scripsit. Et Donatistæ erant magni in scientia seculari, erant maiores in mūditiā, in potentia erāt maximi, & in diabolica verſutia, & diuersi fuerunt alumni Donati. Vnde Donatus apud Carthaginem Donatistarum episcopus, dicebat quod verum baptisma nisi in sua cōmunionē dari non poterat, & 23. q. 4. capi. Displicet, de isto Donato dicitur, quod cum esset captus a Christianis, obiecit Augusti. quod nemo debet capi, ex quo dedit deus homini liberum arbitrium. Hi vocantur Romæ Montēſes, ad hanc hæresim pertinent Circuncelliones. hi dicuntur etiā Permenianistæ. Et Cyprianus Carthaginensis episcopus contra Donatum & Nouatianum diuersos tractatus & epistolas fecit. Vnde Donatistæ ex ambitione & inuidia insurgentes contra Cæcilianum contra quem non præualuerunt, quasi totam Africam suis deceptionibus separauerunt ab vnitatē ecclesiæ catholicæ, scisma facientes, & mendose Cæciliano crimina imposuerūt, quæ probare nequeunt.

a iudicibus falsarii reprobati scisma pertinaciter in hæresim verterunt. Et leo papa in epistola ad imperatorem Constantinum. Donatistę in sola Græcia orthodoxam ecclesiam iactabant. Item Hiero. in li. de vi ris illustr. Extant Donati ad suam hæresim pertinencia multa opuscula, est liber de spiritu sancto Arriano dogmati congruens, sed vti dicit Hilarius in epistola ad Donatum diaconum. Vbi quæso sunt commenta Donati, reuera ammodo non comparent.

**Dositheus**, vnde & Dositiani hæretici, vnus fuit de adulterinis & primis corruptoribus fidei, qui & connumeratur inter primos pseudapostolos. Hiero. contra Lucifer. Dositheus Samaritanorum princeps, prophetas repudiavit.

**Dulcinus** Nouariens. tempore Clementis quinti & Henrici septimi imperatoris. anno 1034. veterum & nouorum errorum inuentor. Et Clemens quintus misit inquisitores Ord. prædi. contra eum, & crux prædicata est & indulgentiæ datæ & exercitus missus est cum apostolico legato, qui ipsum & suos cõplices in Alpibus positos partim & inedia & frigore, & partim in armis oppressit, & Dulcinus capitur, & cum Margareta vxore sua hæretica & complicibus cõbusti fuerunt, prius tamen mēbratim concisi, & episcopus Permessis & Frater Mafredus Ord. Præd. inquisitor, duas epistolas Dulcini hæreticales condemnauerunt. Verum hæc pestis omnino deleri nõ potuit, sed in tridētinis mōtibz, vbi Dulcinus suæ hæresis inirium dedit, manserunt alięq; eius reliquiæ, & tales vocatur Dulcini vel Dulcinistæ. Hi ad sex milia vtriusque sexus sub specie charitatis simul habitare docuerunt, & in montibus habitantes in omnem luxuriã prolabebantur, quæ pestis duobus annis multos impugnavit: & ipsius Dulcini scelera & pœnas in inferno meritas dantes, contēporaneus eius in suo trac. de inferno meminit. Et illud Osee. 4. intelligi pōt de ista secta immundissima, quoniã ipsi cum meretricibus conuersabantur, & cū effœminatis sacrificabāt. Hæretici enim clandestinis conuenticulis coeunt, vt errori suo reuerentiã, quam ex ratione non valent præbeant ex occultatione. Et Hiero. super illud Osee. 6. In domo Israel vidi horrendum, dicit. In domo hæreticorum videtur horrendum cum magistris fornicantibus populus seductus pariter sordidatur.

**Durandus** de vvaldach in partibus Arragoniæ, tempore Iohannis. xxii. cum quodam suo complice dogmatizavit hæreses certas, & quod matrimonium nõ est, nisi occultum meretricium Tandem præsentē domino Iacobo rege Arragonum eius hæreses fuerunt damnatæ per episcopum Gerundensem & Arnoldum Burgen. inquisitorem, & ipsi vt impœnitentes fuerunt combusti.

**E** Bionitę vel Ebione vel Ebiones vel Ebionæi dicti ab Ebione, anno. 84. sub Domitiano Cæsare & Cleto papa, dicitur Paulum apostatam legis, & Christum tantum per profectum solum virum iustum putant, id est, Christum tantummodo hominem dicunt & tenent euangelium vt legem carnaliter, & obseruant circuncisionem & cætera legalia. De his fit mentio in legēda sancti Philippi, qui illam hæresim in Asia extinxit. Et Ignatius ad Trallianos Fugite illos hominis diabolici cultores Ebionitas quos maledictos. Hieremias propheta asseruit, Maledictus qui confidit in homine. s. tantum, & a deo recedit cor eius, capitulo decimoseptimo. Et huic hæresi Epiphanius Samseos & Elceeos ita copulat, vt sub eodem numero tanquam vna sit hæresis ponat. aliquid tamen interesse significans. Hieronimus in de ecclesiasticis scriptoribus. Iohannes nouissimus, omnium scripsit euangelium, rogatus ab Asia episcopis maxime contra Ebionitarū dogma, tunc consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse, vnde etiam compulsus est diuinam edicere natiuitatem. Et Hieroni. super Esa. i. s. mul arat in boue & asino. Ebion dignus pro humilitate sensus paupertate nominis, qui sic recipit euangelium vt Iudaicarum superstitionum, quæ in vmbra & imagine præcesserunt, cerimonias non relinquat. Et idē in libro in Esa. Iudaici erroris hæredes Ebionitæ, qui pro humilitate sensus nomen pauperum susceperunt, omnesque mille annorum delicias præstantes & equos & quadrigas & lectos, & cætera. Sic intelligunt vt scripta sunt.

**Elpidius** hæreticus, de quo sic Hieronimus ad Ctesiphontem aduersus Pelagianos, In Hispania agape mulier Elpidium virum cæcum cæca duxit in foueam, successoremque sui Priscilianū habuit. Zoroastris magistudiosissimum, & ex mago episcopum, cui iuncta Gallia non gente, sed nomine, germanam huc illucque currentem alterius, & vicinæ hæresis reliquit hæredem. De peste autē Agaperarum quomodo introiuit ecclesias, habet idem Hieronymus ad Eustochium de cust. vir. De hoc supra in Agapetis.

**Echibos** sophista Constantinopolitanus, de quo dicitur in sexto libro histo. tripar. capite. xxviii. Plurimi quidam non recta mente Christianum habentes nomen, quippe pecunias & honorem præsentem & felicitatem veræ fidei præponētes, ad sacrificiorū scelera descenderunt, quorum vnus fuit Echibos. Is enim mores imperatorū sequēs sub Constantio feruentissimum se finxerat Christianum. Sub Iuliano celeriter paganus effectus est. Et rursus post Iulia-

num volebat esse Christianus, prosternēs se ante ianuas ecclesie pro-  
num, magna voce clamabat. Conculcate me sal infensatum. Dicitur  
autem hæreticus sal infatuatum, quod proiectum est foras & cōcul-  
catur ab hominibus, quo quid vilius & magis contemptum.

126 **Eriani**, hi sunt Arriani, de quibus supra.

127 **Etius** diaconus ordinatus a Leontio Antiochenæ ecclesie præsu-  
le. Arrianus fuit quomodo autē a diaconatu depositus est  
& ab ecclesia factus extraneus & excommunicatus in synodo Con-  
stantinopolitana, vide in quinto libro hist. tri. ca. 42.

128 **Eligiū** hæreticus apud Cameracum astutus, timens comburi a  
Fratribus Præd. se obsessum fingit, & ad sanctum Ancar-  
dū ligatur in hasta ab amicis, vt omnes homines reputarēt eū furios-  
sum. Quidā clericus obsessus, diuina manu solutus, colligēs in nocte  
circa hæreticum ligatum stramina, & ignem de lampade sumens, in-  
cendit cumulum straminum. Hæreticus clamat, custodes expergefa-  
cti, ignem extinguere nitēbātur, sed clericus arrepto gladio omnes  
abegit, hæreticus combustus est, diuino iudicio exacto. Clericus a  
dæmone liberatur. Nota hic malitiam dæmonis, hic prodit maleficiū,  
& infra defendit hæreticum Guidonem de Lacha. Aug. 1. de ciui. dei  
ca. 1. Multi in eam scilicet ecclesiam tantis tanque multis beneficiis  
redemptoris exardescunt ignibus odiorum, ingrati sunt, vt hodie  
contra eam linguas mouerent, nisi ferrum hostile fugientes in sacra-  
tis eius locis vitam, de qua superbiunt inuenirent. De hoc Eligio in  
secundo libro Apum versus finem.

129 **Elchefsaitē**, vel secundum Epiphanium Elcefsai, & Augustinus  
Elcefeos & Samscoos, a quodam pseudopropheta di-  
cit esse deceptos, qui vocabatur Elci, ex cuius genere duas mulieres  
tanquam deas ab eis perhibet adoratas. Et hi de scripturis sanctis re-  
futant, & vtuntur testimoniis de nouo & veteri test. quibus volunt  
& Apostolum Paulum ex integro respuunt, & asserunt, quod in  
persecutionibus si quis negauerit fidē, nihil criminis habeat pro eo,  
is qui fixus est in corde suo talia si ore negauerit pro necessitate, cor-  
de tamē in fide permaneat. Sed dicit Augustinus super Psal. 118. Pa-  
ctum dei non obseruauerit, qui persecutionem non tolerātes, a testi-  
moniis dei negādo declinauerunt. Et libellum quendā circumferunt,  
quem dicunt de cælo lapsum, cuius verba si quis audierit, remissionē  
accipiet peccatorum, aliam præter illam quam Christus dedit.

130 **Euagrius** Ponticus Hiperbarita hæretica scripsit, vt patet in lib.  
suo ad virgines. Item ad monachos & ad virginem,



culus nomen nigredinis testatur, in quo perfidiæ tenebras exarauit & in alijs libris, vt scribit Hiero. contra Lucifer.

**Eraclitæ**, ab Eraclio exhorti, monachos tantum recipiunt, coniu-  
gia respuunt, regna cælorum paruulos habere non cre-  
dunt secundum Isido. & 2. 4. q. 3. quidam

**Elpulus** senex hæreticus, dixit nullam vtilitatē ex sancto bap-  
tismate baptizatis accidere, sed solam orationem studio-  
sam inhabitantem dæmonem effugare. Dicebat insuper vnumquē  
que nascentium a progenitore suo sicut naturam, sic etiam dæmo-  
num trahere famularum, & expulsis per illam orationem studiosam  
spiritum sanctum aduenire, & sensibilibiter & visibilibiter suam designa-  
re præsentiam. Atque corpus passionibus motum cuiuslibet eripe-  
re, & animam a mala voluntate penitus liberari, ita vt nequaquam  
de cætero egeat neque ieiunio macerante corpus, neque doctrina re-  
frenante & progredi doctrina libenter edocente. Non autem solum  
qui hoc impetrauerit corporis exultationibus liberatur, sed a parte  
etiam futura prouidet & sanctam trinitatem oculis cernit. Hunc au-  
tem Flavianus laudabilis præsul Antiochenus foetidissimum efflo-  
diens fontem & eius pocula cunctis examinanda producens. Infelicis-  
sime ait seni, vetustissime dierum malorum, increpauit te os tuum,  
& non ego, labia enim tua testantur aduersum te. Hæc. 7. lib. histo-  
riar. capitulo vndecimo.

**Eleusius** Cyzici, qui preerat ecclesiæ Macedonianorū, & cum eo  
triginta sex eiusdem sequaces qui cum imperator Theo-  
dosius & episcopi partis eius numero centum quinquaginta labora-  
rent, vt vnirentur ecclesiæ. At illi eius monita aperta que conuitia  
pariipientes, elegerunt sequi potius Arrianā pestem, quam con-  
substantialem dicere trinitatem. Hæc fatentes de Constantinopoli  
sunt egressi, & scribebant alterutris ne quis eorum in Niceni concii-  
lii dogmate consentiret. Ex. 9. li. tripar. hist. c. 12.

**Elimas** a fide relapsus, effectus maleficus vt Simon magus. Est  
enim binomius dicitur Bariesu. i. filius Iesu, & sic secundū  
Bedam corrupte legitur Bariehu. Dicitur Elimas quod interpreta-  
tur dei mei mensura vel census, sic enim faciebat se vocari, vt crede-  
retur nuntius dei. Et aduersabatur Paulo, quia Sergius Paulus pro-  
consul qui conuersus fuit ad prædicationem Pauli, & eum audire &  
verbum dei desiderabat. Actu. 13. Sed Elimas resistebat quærens  
auertere proconsulem a fide. Paulus autem repletus spiritu sancto,  
intuens in eum dixit. O plene omni dolo & omni falacia, fili diabo-  
li, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias domini rectas

& ecce nunc manus domini super te, & eris cæcus & non videns solem vsque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo & tenebræ. De hoc. 4. 5. dist. ca. Cum b. Paulus illum magum corporali cæcitate damnauit. 23. q. 4. c. quod Christus. Sic Paulus dum a suo cõtemporaria admonitione & multiformi commendatione sui Corinthios magum illum Elimam qui credituros a fide retrahebat cæcitate percussit, vt cæteri perterriti prædicationē eius non impediret, sed in Christum credentes, animæ cæcitate sine culpa, vt probaretur eius patientia, quam Elimam mago qui pro perfidia percussus a creditorum demeritatione remouetur, & æternæ ultioni præparatur. Postea autem recepto visu, obstinatus permansit. Et Barnabæ apostolo valde resistit in Cypro.

134 **Emeritus** in Cæsariensi Mauritanie ciuitate episcopus, præcipuus sectæ Donatistarum disponitor, quem occasione quadam venerabilis memoriæ Augustinus reperiens cum aliis episcopis sedis apostolicæ disputatione superauit, gesta apud Carthaginem continentur inter episcopos confecta, de hoc Possidonius in vita beati Augustini.

135 **Enchiridie** hæretici nolunt manibus laborare, & sunt complures Turilupinorum, de quibus infra, & Augustinus in libro de hære. dicuntur Enchiræ, opinari monachis non licere sustentandæ vitæ suæ causa aliquid operari, atq; ita seipos monachos profiteri, vt omnino ab operibus vacent. Idem refert Cyprianus in opere suo de hære.

137 **Eluidiani**, ab Eluidio nuncupati, vel Heluidiani cum aspiratione. Contra quem Eluidium Hieronimus librum scripsit, qui docuit quod beata virgo post partum non mansit virgo, sed fuit per Ioseph corrupta. Et beatus Thomas tercia parte. q. 28. arti. 3. absque omni dubio detestandus est error Eluidii, qui dicere præsumpsit matrem Christi post partum a Ioseph esse carnaliter cognitam & alios filios genuisse, quod reprobatur. 27. q. 2. genuit. & de verborum fig. c. Ioseph. Quare supra in Antidicomaritis. Hoc enim Christi perfectioni derogat, & iniuriam facit spiritui sancto, cuius sacrarium fuit uterus virginalis, derogat dignitati & sanctitati matris dei & ipsi Ioseph tanta præsumptio imputaretur, derogat quoque illi quod Ezech. 42. dicitur. Porta hæc clausa erit & non aperietur. & vir non transibit per eam, quoniam dominus deus Israel ingressus est per eam. Aug. in li. de hære. Mirum istos prætermittos Eluidii nomine. Antidicomaritas Epiphanius appellauit.

**Euphrata** episcopus Colonienſis. ſed inſania Arrii infectus, nec  
 oues eum ſequabantur, quem ab episcopatu depoſue-  
 rūt quatuordecim episcopi, videlicet Maximinus Treuerenſis. Valen-  
 tinus Arelatenſis, Donatianus Cabellonorum, Seuerinus Senonenſis,  
 Opratianus Cercassinus, Ieſſis Nimitini, Victor Vangionum, Va-  
 lerianus Aluſiodorenſis, Simplicius Auguſtodinenſis, Amandus  
 Argentoracenſium, Iuſtinianus Rauracorum, Eulogius Amegano-  
 rum, Seruatius Tungereſis, Dilcolius Remorum, qui vna ſententia  
 dixerunt, Quia Euphrata auſus eſt Ieſum Chriſtum negare deum  
 eſſe, Ideo non eſſe dignum episcopatu, ſed deponendum & in locum  
 eius inſtituerunt ſanctum Seuerinum Burdegal. doctorem vitæ &  
 hæreticorum malleum. Nemo enim magis eccleſiaſticus eſt, quam  
 qui nunquam hæreticus fuit ſecundum Hieroni. ad Theophilum,  
 & 1. q. 1. capitulo Fertur. Vulnerato paſtore, quis curandis ouibus a-  
 dhibet medicinā, aut quomodo populum orationis iaculo tueatur,  
 qui iaculis hoſtium ſeſe ferendum exponit, aut qualem fructum de  
 ſe producturus eſt, cui graui peſte radix infecta?

**Eudoxius** Arrianus, quo ſuadente Gothi Arriani facti ſunt, octa  
 uo li. hiſt. tri. c. 13. qui & ſua peſte Germanitiam corru-  
 pit, fuit enim episcopus Germanicæ, quæ eſt ciuitas ſiriæ, & vt dicit  
 venerabilis Beda. 4. li. de geſtis Anglorum capi. 18. poſt concilium  
 Nicenum congregata fuit in Anglia ſynodus, quæ glorioſe appro-  
 bavit & acceptauit condemnationem hæreſum Arrii, Macedonii &  
 Eudoxii. Hic nota quod ſecundum Hiero. 23. episcopus Antiochiæ  
 poſt Paulinum Euaſthius ordinatur episcopus, quo in exilium ob fi-  
 dem truſo vſq; in præſentem diem Arriani eccleſiā occuparunt. Eu-  
 labius, Eupharnius, Placillus, Stephanus, Leontrius, Eudoxius, Mele-  
 tius, Euſoicus, Dorothæus, rurfus Meleſius, quorum idcirco tēpora  
 non digeſſi, eo quod hoſtes potius Chriſti quam episcopos iudicem.  
 Item Eudoxiani vel Arriani, ideſt qui contra ſpirituſanctum pu-  
 gnant, dānantur in ſecunda ſynodo vniuerſali Conſtantinopol.

**Euphenitæ**, hi habent vnam & eandem ſectam & hæreſim, ſecti  
 dum Epiphaniū cum Pſallianis, quæ re infra,

**Eucratīci** dicti, qui carnem abominantur, anno 175. ſub M. Anto-  
 nio imperatore & Aniceto papa, & a Taciano, Eucrates  
 Bardeſanes, alterius hæreſeos princeps notus efficitur, & concordat  
 cum Tacianis, & C. de hære, appellantur Eucratīſtæ. Euſe. Caſa. lib.  
 4. Muſani fertur libellus multa elegantia ſcriptus ad quosdā fratres  
 qui declinauerunt ad hæreſim Eucratīſtarū nuper exortam, cuius au-  
 torē extitīſſe Tacianū ſermo aſſerit, vel dicuntur ſ. Aug. Eucratīſtæ.

192 **Eufonius** episcopus lepra Arriana infectus, dixit quod filius non est similis patri secundum substantiam, neque verus est neque vera eius sapientia, neque verum naturaliter patris verbum est. 1. li. hist. tripar. c. 13. Hunc Alexander magnus episcopus priuauerat diaconatu. 2. li. hist. tri. c. 4-8.

193 **Euticius** dogmatizauit quod alius homo moritur, & alius resurgit, & quod inuisibile & impalpabile corpus futurū sit, Contra illud Job. 19. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt & non alius. In quo expresse indicat veritatem resurrectionis, & prauorum facta redarguit. Vide in glo. dicti ca. Job,

194 **Euticiani** vel Euticetæ siue Euticianistæ. C. de hære. l. quæcūque, vel Euticiustæ. l. Arriani, dicti ab Euticete Constanti nopolitano abbate, qui Christum post humanam assumptionem negauit existere de duabus naturis, sed in eo solam diuinam asseruit esse naturam, de quo dicit Beda in homil. super Marcum. c. 8. In hac doctrina consideranda est in vno eodemque redemptore nostro distincta operatio diuinitatis & humanitatis, atq; Euticetis error qui vnā tantum in Christo operationem dogmatizare præsumpsit procul Christianis finibus expellendus. Et Boetius in libro de duabus naturis eandem hæresim reprobat, & quarta synodus Calcedonen. sub Martino principe Euticetem prædamnauit dist. 15. canones. Et Marcellus martyr Anticyranus episcopus multa aduersus Euticetē Græcum scripsit volumina, & Prosper episcopus Aquitanicus diuersas epistolas, & contra eundē Gēnadius sex libros scripsit. Anno. 444. sub Martino imperatore & Leone. 1.

199 **Eunomiani** ab Eunomio dialectico Aetii discipulo, qui sophistis matibus contra deum locutus est, inquit. Deus de substantia sua nihil nouit amplius quam nos. Dissimilem patri asseruit filium, & filio spiritū sanctum. hic impietatis cumulo auxit Aetii blasphemias, multa contra fidem nostram scripsit, & disputando legis sectatoribus suis dedit, vir animo callidus, anima & corpore leprosus. De quo Euse. li. 4. & in hist. tri. li. 5. contra quem disputat magister Sen. in. 1. dist. 6. & Aug. 16. de tri. & dicit de hære. quod adeo hominis fuit moribus inimicus, vt asseueraret quod nihil cuique obesset quorumlibet perpetratio ac perseverantia peccatorum. si huius quæ ab illo dicebatur fidei particeps esset, contra quem Basilius elaborauit insignes libros, & similiter Gregorius Nisenus frater beati Basilii, similiter & Gregorius Nazian, duos libros scripsit. Eunomiani dicuntur etiam Anomiani. i. sine lege, & condemnati sunt in secunda synodo vniuersali Constantinopoli.

**F**auftus Manichæus fuit, de Christo asseruit quod nasci non potuerit nec mori, & contendit dicere Christo ex virgine nasci uitatem nullam, & mortem eius in cruce falsam fuisse, contra quem August. 33. libros scripsit, & omnia opera eius sunt apocripha dist. 15. sancta Romana Faustus iste maximus hæresiarcha, qui legem veterem & prophetas blasphemauerat, & deum veteris testamenti malum esse dicebat, & fuit Afer.

**Felix** Manichæus quâuis esset artibus liberalibus ineruditus, erat tamen versutior Fortunato, qui ad ciuitatem Hipponensem accessit, & sibi suos dissimulauerat errores, sed Aug. biduo in ecclesia præsentis populo disputauit, & eum conuicit, & duos libros cõtra eum scripsit. Hic Felix dixit quod Manichæus fuerit apostolus Christi de promissione spũscti multũ errauit, & dixit terram deo coæternam.

**Felicianus** Arrianus, contra quem disputauit Aug. & librũ contra eum scripsit, asseruit quod magis rationibus quam scripturæ testimoniis in fidei disciplina agendum sit, & negauit homouisionem, idest cõsubstantialitatẽ patris & filii, & quod filius non sit patri coæternus, & quod sit creatura. Et Augustinus argumẽta eius tangit & soluit in decem & octo capitula.

**Feliciana** hæresis, a quodam Felice autore, quæ condemnatur anno. 784. sub Constantino sexto & Adriano. I hæc hæresis dixit Christum esse filium dei adoptiuum, sed vt dicit Amb. li. de incar. adoptiuum filium non dicimus filium esse natura, sed eum dicimus natura esse filium, qui vere est filius, sed Christus verus & naturalis dei est filius. Matth. 16. & 1. Io. v. 1. Et prædicta hæresis posuit in Christo duas hypostasas, de hoc b. Tho. 3. parte q. 23. ar. 4.

**Flaccitas** Arrianus & blasphemus, multa opera impietatis & iniustitiæ dogmatizauit, similiter & Stephanus & Leon tius. 5. li. hist. tri. c. 32.

**Flagellantium** hæresis fuit circa tempus concilii Lugd. in Italia orrum habuit, & in Almaniam & Galliam progressa hisarie, qui se nodosis flagellis, in quibus aculei inserti erant, flagellabant ad ostẽtationem, ex qua secta multi graues errores pululabant in plerisque locis, circa fidem & sacramẽta ecclesiæ, quæ potremo in parte igne & gladio exterminata fuit. Dicit Io. Gerson in trac. contra sectam illorũ. Taliter se flagellantes non curãt de sacramãto confessionis & pœnitentiæ sacramentalis, dicentes quod hæc flagellatio potior est ad delendum peccata, quam quæcũque confessio, immo equiparãt vel præponunt martyrio, quoniã facimus, inquit, vltro funde ndo sanguinem proprium quod ab aliis martyres pati

cogebantur. Dicit autor v vandalæ li. 8. secta Flagellantium vehementer increuit per prouincias, incertum quo autore primum instituta, nisi illo qui cæteris non vigilantibus traditur euangelio super seminasse zizania. Homines isti rudes erant, cruces in veste præferabant, ad vibes gregatim ibant tristes & mœsti, liuientes ex crebris ictibus scapulas prætulere, neminem rogabant aliquid, oblata sponte sumebant. His tamen religionis signis vitia tegebant & alebant occulte. Aliquando a duobus fratribus Ord. Præd. interpellati, quid nemine mittenti docere & prædicare præsumerant, indignati in eos inuehuntur, & cum alius sua fuga vix cõsuleret, velocissimus fretus pedibus, alium lapidibus obruerunt iuxta Mosam.

**Florinus** in vrbe Romana gradu presbyterii collapsus vna cum Blasco socio criminis & furoris, plurimos de ecclesia in suum barathrũ deducebant: noua aduersus veritatem figmenta machinantes, vt dicit Euf. 5. li. ca. 15. Sed Apollinaris Hierapolites contra hanc hæresim scutũ validissimũ protulit. Ab isto appellatur Floriani secundum Aug. qui dicunt deum creasse mala. Contra quod scriptũ est Gene. 1. fecit deus omnia bona creasse, scilicet effectiue, nedum permissiue. Et dicunt deum esse causam mali. Contra illud Iohan. 1. Sine ipso factum est nihil. i. peccatum. Et aduersantur Collectiõnis.

**Fotiniãni**, a Fotino diacono Tessalonicen. vel a Fotiniano Gallo suscitans hæresim Christum ex Maria per Ioseph nuptiali coitu fuisse cõceptum. 24. q. 3. quidam. Hic a Valentiniano imperatore expulsus fuit anno. 374. & moritur in Galatia. Et dicit b. Tho. contra gen. ca. 4. Quidam peruersi homines huius doctrinæ veritatem suo sensu meriti præsumentes, de filio varias & vanas opiniones conceperunt. opinantes Iesum Christum purum hominem esse, & ex Maria virgine initium sumpsisse, sed per beatæ vitæ meritum diuinitatis honorem præ cæteris fuisse adeptum. Hanc positionem primo adiuuenerunt quidam antiqui hæretici, Cherintus & Ebion, quam postea Paulus Samosetanus instaurauit, & postea a Forino est cõfirmata, vt qui hæc dogmatizent, Fotiniãni nuncupantur. Et. 5. li. hist. tri. ca. 5. Fotinus dicebat, deus quidem omnipotēs, vnus qui proprio verbo condidit vniuersa, ante sæcula natiuitatem & existentiam filii dicere fugiebat, sed ex Maria natum dicebat Christum, cuius dogma in concilio Smyrno damnatum est, & sic dicit Glo. super illud Hierem. 17. Maledictus homo qui confidit in homine. Maledictus ergo Paulus Samosetanus & Fotinus, qui quamuis sanctum & cunctis virtutibus excelsum. Christum tamen prædicant hominem, contra illud

ad Galatas primo, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum. Et idem habetur de Fotino distinctione decimano na, capi. Anastasius. Audentius scripsit contra Foti. librum, vt recitatur Gennadius presbyter Massiliens. in de ecclesiasticis scriptoribus.

**Fotunatianus**, natione Afer Aquilegiens. episcopus imperante Constantino, breui & rustico sermone in euangelia scripsit commentarios. Et in hoc habetur detestabilis, quod Liberium Roma. vrbis episcopum pro fide in exilium pergentem primus sollicitauit ac fregit. & ad subscriptionem hæreseos cõpult. Hæc Hieron. in de viris illust.

**Fratricelli**, de quibus in extraua Iohan. 22. que incipit. Sancta Romana. Non mille, inquit, profanæ multitudinis viri, qui vulgariter Fratricelli seu Fratres de paupere vita, Bisochi, siue Beguini, vel aliis nominibus nuncupantur in partibus Italiae, necnõ in insula Sicaliensi. &c. qui contra canones habitum nouæ religionis sumpserunt, & infra. Et quia in errorum barathrum faciliter ruunt, qui conceptus proprios patrum diffinitionibus anteponunt, ipsorum quam plurimi sicut fide digna relatione percepimus, a veritate catholice fidei deuiantes, ecclesiastica sacramenta despiciunt, ac alios errores student multipliciter seminare. &c. De quorum etiam erroribus in extraua. Io. 22. quorundã, & in alia, quia inter nonnullos, & in Antonino. 4. parte tit. 11. ca. 7. Nec ostenderunt aliud miraculum nisi incarnationem corporum. Et in. 8. lib. Saxonie. Fratricelli visionem animarum sanctarum dicebant differri vsque ad nouissimum diem, cõ præualeat veritas dicente Christo ad latronẽ. Hodie mecum eris in paradiso. Et in abditis locis eorum tale fiebat scelus, vt vocatæ & de industria seductæ speciosiores quæque viduæ vel virgines cõ in atris noctu venirent sacerdotes & eius sectæ clerici, clausæ diuinas laudes ad comparandam fidem ex Christiano ritu cantabant. Quibus nocte media finitis, sacerdotes alta admonebant voce binos debere masculum & foeminam, spiritu inuocato sancto in copulam carnalem commisceri. Quibus dictis luminibus extinctis, quilibet proximam mulierem prosternebat sibi, & si ex tali coitu mulier concepisset, infans genitus in speluncam deferebatur, & per singulas manus trahebatur tandiu totiensque baiulandus quousque animam exhalabat. Isque in cuius manibus expirabat, maximus pontifex creatus habebatur. Et alia nefanda, ergo bene dicit glo. Osee. 7. Hæreticus est ve æternum, qui recedunt a creatore, & vltulant in conciliabulis suis, quæ cubilia appellantur quasi ferarum lustra, quibus libidini & stupris vacant. Et quicquid dicunt, putant se

in laudes dei dicere. Ululatus est luporum & canum infantentium sonitus. Et secundum Euse. de temporibus. Bonifacius octauus hæresim eorū qui se Fratricellos dicebāt dānauit & vbiq; p̄secutus est.

146 **Fortunatus**, a quo Fortuniani, de quibus. C. de hære. Hic Fortunatus erat presbyter Manichæorum, qui apud Hipponem longo tempore fuit conuersatus & multos ibi deceperat, & in magna ibi erat fama, contra quem indicta erat solennis disputatio inter ipsum & Augustinum, fuit autem quæstio. Vnde sit malum. Augustinus dicebat quod malum in homine fuit ortum ex proprio libero voluntatis arbitrio. Fortunatus autem dicebat naturam mali deo esse cœternam, cum ergo ibi longa disputatio fieret & ibi consul & notarii essent, disputatio nō fuit illa die diffinita. Sequenti autem die conuenerant & Fortunatus publice est confusus, & sic a ciuitate Hipponensi discessit, & Augustinus cōtra eum librum scripsit. Et Augustinus de Fortunato sermone quinto ad fratres in eremo dicit. Quoniam Fortunatum ad partes occulte velut lupum iam sentio, ideo compulsus reuersus sum ad vos cupiens illum videre & cum eo pariter disputare, & illum cōculcare, deo auxiliante, qui totis viribus dissipare conatur, & iugulare filios quos perit in visceribus charitatis. Orate & nolite deficere, vt Fortunatum Manichæorū presb. sicut publice sanctę Christianę fidei insidiatur, ita & nos cū suis, dei gratia coadiuuante, publice eū superare possimus.

147 **Friges** sunt Manichæi vel Priscillianistæ, C. de hære. de quibus dicit Euse. li. 5. c. 17. si qui forte inuenti fuerint cum eis de hæresi Frigum, secernant se ab eis. & respuant eorum societatem, spiritui Montani & Maximillę acquiescendum putant.

148 **Fulgentius** Donatista, duo principia & duo baptismata posuit, & quod reis & peccatoribus sacramentum baptismi nihil conferat, dicente Solomone, Fons vitę in manibus iusti. Quos errores ponit Aug. in li. contra eundem.

149 **G**Abaonitæ vel Gaionitæ appellati, a Gaio, qui temporibus Iustiniani principis per populi peruersi electionem vno die electi sunt episcopi. Hi errores Euticetis & Dioscori sequentes, Calcedonense concilium respuunt. Ex duabus vnam in Christo naturam asserunt, quam Theodoriani corruptam. Gaionitæ incorruptam contendunt, & dixerunt quod Christus est compositus ex natura diuina & humana, igitur semper est immortalis, habens corpus incorruptibile, quod reprobat beatus Tho. quod libe. 4. q. 1. articu. 8. Gaionitis non enim solum corruptione purefactionis posuerūt cor



pus Christi incorruptibile, quod fides catholica tenet, secundum illud Psalm. Non dabis sanctum tuum videre corru. Sed etiam corruptione quæ pertinet ad corruptionem mortis, quod est impium, ut dicit Damas. in. 3. c. 18. & hoc ante resurrectione. Nam si indissolubile, non cõsubstantiale nobis. sed opinione & nõ veritate facta sunt, quæ facta testatur euangelium. famẽ, sitim, clauorum fixuras, lateris apertionem & mortem, si autem opinione facta sunt, fraus igitur est & deceptio, dispensationis mysterium, & opinione & non veritate factus est homo, & opinione igitur & non veritate saluati sumus, sed hic faessant. & quæstione prima talia dicunt salutis expertes fiant. Hęc ille Et ista hæresis damnata est in sexta synodo.

**Galderus** Seguariensis, alius Geraldus Seguerelli de Parma, famosissimus hæreticus, condemnatus & concrematus fuit in ciuitate Parmensi in Italia, per episcopum eiusdem loci, & per patrem Mafredum. Ordi. Præd. inquisitorem, temporæ Bonifacii octaui, huius discipulus fuit Dulcinus, de quo supra.

**Gaudentius** Donatistarum episcopus, qui cõtra Aug. duas scripsit epistolas. propter quod Aug. fecit duos libros contra eum, in quibus ad insanias suas sufficienter respondit, contra illum & alios Donatistas missus fuit quidam tribunus executor imperialium iussionum ad concremandum Donatistas.

**Galla** non gente sed nomine, maga fuit & hæretica, adiuuans Priscillianum hæreticum, & secundum Hiero. ad Ctesiphontem aduersus Pelagian. Priscillianus cui iuncta Galla germanam huc illicque currentem alterius & vicinæ hæresis reliquit heredem. &c.

**Galatæ** Græci sunt, quos sanctus Aug. li. 3. de ci. dei, capi. 21. vocat Gallogræcos, prouinciæ Asiæ minoris, hi fuerunt filii Galorum, qui vsque ad Græciam processerunt, & ibi remanserunt. De quibus Iustinus li. 14. multa scripsit, qui Galatæ ad fidem fuerunt conuersi per s. Pau. Apostolum, sed post discessum eius tentati sunt a falsis prophetis, ut in legem circumcisionis verterentur, ad quos Pau. scribit, di. O insen. Galatæ, quis vos fascino non obedire veritati &c. quasi diceret. O veri stulti Galatæ, quibus res vsque adeo absurda persuaderi potuerit, ut cum Iudæos ab onere legis liberaret euangelii fides, vos liberi nati, vltro daretis vos in seruitute. Quis fuit ille qui vestræ inuides felicitati, qua hactenus fruebamini per libertatem euangelicam fascino vos lesit, & istam incantauit dementiam, ut veluti Christo diffisi ad frigidæ legis præsidia cõfugiatis. Vbi nunc illa præclara fiducia, qua per mortem Christi sperabatis perfectam iustitiam ac salutem absque legis auxiliis. Vnde Hieron. super Amos. 2.

Qui ita ingreditur ecclesiam, vt legem seruet cum euangelio, cum patre Iudæo ingreditur ad puellam, idest circuncisionem, & alias legis obseruatiâs, ita & pater Iudæus & imitator Christianus vna fornicatione contaminantur, Christum putantes insufficientem. Ad Galat. 5. Si circūcidimini, Christus nihil vobis prodest. Quemadmodum enim per baptismum toti dicamur Christo, ita qui circūcidi, tur, totus dedicatur legi.

164 **Gauisus** episcopus, sed Arrianus, quem Alexander Constā. cum cæteris excōmunicauit. i. li. hist. tri. c. 13. Hiero. Aduersus Lucifer. dicit. Cum igitur episcopus in ecclesia cōstituatur vt populū coercerat ab errore, quantus erit error in populo cum errat ipse qui doceat, prohdolor Antichristi discipulus Christi ecclesiā gubernat. si quippe vt vis Arria. ep̄s hostis Christi sit infatuatū sal. Sit lucerna sine igniculo, sit oculus sine pupilla, nempe eo peruenies vt salire nō possit, q̄ sal ipse nō habeat, nō illuminet cæcus, nō accēdat extinctus.

165 **Gazari**, de quibus. C. de h̄re. l. Gazaros Patarenos. &c. perpetua damnamus infamia. diffidamus atque bannimus, & in cœna domini Romæ excōmunicātur. De his extra de h̄re. c. sicut ait beatus Leo. Quia in partibus Tholosanis hæreticorum, quo alii Gazaros, alii Patarenos, & alii aliis nominibus vocant, inualuit damnanda peruersitas. &c. Et Hiero. super 47. Esaia. Gazarenos aruspices appellat.

166 **Gaius** Germinius, isti duo hæretici in caudis colligati in errore Arrii, cum suis condemnati sunt in concilio Ariminēsi tempore Constantii imperatoris, quinto lib. hist. tri. ca. 22.

167 **Georgiani**, a sancto Georgio sic vocantur, quem in suis præliis contra paganos, præcipuum habētes aduocatum & signiferum, cum honore venerentur, quocunque tendunt in turris simul incedunt, & habent vexillum cum imagine b. Georgii depictum, & sunt Christiani vicini ciuitati Mechæ, vbi habetur corpus Mahometi Saracenorum prophetæ, & habēt archiepiscopum qui est in monte Sina in claustro sanctæ Catarinæ, cui obediunt per omnia vt nos domino papæ, errorēs Græcorum sequuntur in sacramentis & aliis, clerici eorum rotundas habent coronas, laici vero quadratas, nobiles eorū mulieres more Amazonum armis in præliis vtuntur, in officiis & scripturis lingua Græca vtuntur alias Chaldaica.

168 **Georgius** Laodicæ episcopus Arrianus ab Alexandro ciuitatis Alexandrinæ pontifice damnatus est, & ob sua facinorosa depositus, & concilium sanctum decreuit non esse episcopum, nec communionem cum fidelibus mereri, li. 4. hist. tripar. c. 23.

**Gilbertus** cognomento Porritanus Pictauroſi episcopus, in sacris literis plurimū exercitatus, sed sublimiora se scrutatus ad insipientiam sibi. Siquidem de sanctæ trinitatis vnitate & diuinitatis simplicitate, non simpliciter sentiens, nec fideliter scribēs discipulis suis, panes proponebat absconditos, virtuos propinabat aquas, & cū super hoc inualesceret scandalū, vocatus est ad medium & librū tradere iussus est, & in concilio Remensi corā Eugenio papa Bernar. biduana disputatione conuicit. De hoc in Porritanis.

**Gnoite** & Tritoitæ, a Theodotianis exorti sunt, & ab ignorantia dei dicti sunt, quia a pueritate a qua sunt exorti, adiciūt id quod Christi diuinitas ignoret qui sunt scripta futura de die & hora nouissima, nec recordantes Christi personam nesciam loqui in Esaiā, dies iudicii in corde meo. Hæc Isido. &. 25. dist. qualis &. 2. q. 1. Deus omnipotens cum sit sapientia patris.

**Gnostici** propter excellentiā scientiæ suæ, se ita appellare voluerunt, quorum patriarcha fuit Basilides, secundum Hieron. in de viris illustri. Mortuus inquam est Basilides, a quo Gnostici in Alexandria, temporibus Adriani. Animā naturā dei esse dicunt, quod reprobatur. 32. q. 2. Moses, vbi dicitur cōtemplatur facturam Adæ, in Adam enim exemplum est datum, vt ex eo intelligimus, quia iam formatū corpus accepit animā, nam poterat deus limo terræ admiscere, & sic formare corpus. Et bonū & malum deū, suis dogmatibus ponunt, contra hoc dicitur de cōse. di. 3. c. omnes. Pater & filius & spiritus sanctus vnus eiusdēque substātiæ inseparabili æqualitate diuinam insinuant vnitatē. Hi omnibus alijs sunt vaniores & deturpiores, denique cum ab alijs per diuersas terrarū partes aliter & aliter nuncupentur, nōnulli eos Borboritos vocant, aliqui eos Nicolaitis exortos putant secundum Aug. in de hære. & dixerūt quod diuinitas sit trinitas, & damnantur in synodo prima Bracarensi.

**Gordius**, vnde Gordini, vnus fuit de septem hæreticis, quos recitat Euse. li. 4. ca. 18. quorum tamē vnusquisque diuersis corruptionibus fidei seorsum scisma componens, propriam sectā & proprios habuit sectatores.

**Gothi** Arriani effecti sunt, tempore Valentis imperatoris, qui Histrum transeuntes, pacem cum Valente fecerunt. Tunc præses Eudoxius suggessit imperatori vt ei Gothi cōmunicarēt, dudū enim diuinæ sanctæ radii imbuti apostolicis dogmatibus pascebantur. Communio, inquit, vnus dogmatis firmiorem facit pacem inferens certamen esse verborum non differentiā dogmatum, quā ob rem Gothi maiorem patrem filio dicunt, lib. 8. hist. tri. ca. 13.

- 174 **Græci** in primitiua ecclesia famosi & celebres fuerunt in fide, præclaras ciuitates & insignes ecclesias & doctores per multa tēpora sub ecclesiastica obedientia possederunt, duræ tamen ceruicis semper fuerunt arrogantes, & vsque hodie sanctę Romę ecclesię rebelles, sacrorum suorum conciliorum determinationibus atque decretis minime obtemperantes, summū Pon. Christi vicariū omnesque nos Latinos tenent excommunicatos, sacramentū confirmationis paruulis suis mox post baptismū conferunt, per simplices sacerdotes contra ecclesię determinationem in fermēto conficiunt, aquā in missa vino non commiscunt, sacramētis nostris nullam reuerentiā faciunt, purgatorium negant, & quod spiritus sanctus a patre & non a filio procedat, & quod sancti non vadunt ad paradysum vsque ad diem iudicii, quod impugnat b. Tho. 4. contra gen. Et aliqui eorum dicuntur Suriani, aliqui Nestoriani, &c. Hiero. 2. li. cōtra Iouini. Vni uersus pene error de Chaldæo & Syro & Græco sermo. processerat, falsarius & hæreticus, miserabiliter emulus Hieronymi,
- 176 **Gronius** libro anuli nomē inscripsit, in quo error de Impeccantia, & sub noīe Xisti martyris vrbis Ro. episcopi, cum sit Sexti Pythagorici gentilissimi, in quo li. nulla Christi, nulla spiritus sancti, nulla prophetarū, nulla apostolorū sit mentio, vt dicit Hiero. super. 22. Hiero. hæreticus, vt dicit Sigibertus in chronica sua, a Rabano archiepiscopo Maguntino rationabiliter vt multis visum est, conuincitur, sed tamen in suo perseverat errore. Anno. 849. Cum enim quis stulta obstinatione sectę aut hæresi adhæserit errore, quem semel concepit semper sectari, nullatenus cessat, & hæc est conditio hæreticorum.
- 177 **Girouagi** videntur habitu monachi, sed sunt hypocritę hæretici, calia seminantes, sub nulla regula obediētix viuentes, & hi apud Aegyptios dicti sunt sarabaitę. Et istos reprobat Alpharut in de planctu ecclesię libro secundo.
- 178 **Gondissalus** in Hispania in diocesi Conzensi tempore Innocen. sexti quendam librum hæreticalem dictauit, cuius scriptor fuit Nico. de Cala. dæmone ei visibiliter apparente & docente, hunc librū virginalem vocauerunt, quem librū N. emerici Ordi. Pręd. & vicarius episcopi Barchinon. cōdemnauerunt, & dictū scriptorem iudicialiter combusserunt. Vide in Nicolao de Calabria. de quo in. 2. li. vniuersalis boni. ca. 47. Quodā noctro tēpore in vrbe Antvverpien. Brabātix Guilhermus Cornelius noīe, hic in hypocrisi & simulatiōe diutius cōuersatus, præbēdę beneficiū quasi sub prætextu perfectę paupertatis dimisit

fit, & tamen luxuriæ totus erat deditus. Dicebat autem sicut rubi-  
ginem igne, sic omne peccatum paupertate consumi, & ante dei oculo  
annulari, meliorem esse publicam meretricem pauperem, quam  
sit aliquis castus perfectissime continēs, dum tamen aliquid in sui re-  
tineat subsidium. Et propter hoc omnis profusus religiosus esset dam-  
natus. Quod autem dicebat pauperi luxuriam non esse peccatum,  
maxima erat blasphemia, quasi esse vellet & iustissime deus illis qui-  
bus præcepit. Non misereberis in iudicio pauperis. De isto autē cer-  
tissima relatione didicimus, quod cum defuncto eo atque in ecclesia  
beatæ virginis cum honore sepulto, quidam die tertia eandem eccle-  
siam introisset, vidit corporalibus oculis sepulchrum dicti Guilher-  
mi vacuum & apertum, manifestissima significatione præfagiens fu-  
turæ damnationis euētum. Nam post annos quatuor cognita, repro-  
bata nequissimæ hæresis illius malitia per venerabilem patrē Nico-  
Cameracen. episcopum Cadauer eius de sepulchro quasi stips inuti-  
lis secundum Esa. loquētem de Nabuch. proiectum est & cōbustum.

**Guido** hæresiarcha & scismaticus, facta eius damnantur extra de  
scif. c. i. Hic successit Octauiano iniuste in cathedra & Pascha  
lis vocatus fuit, & post mortem istorum duorum, Alexan. restitutus  
est, vt dicit Ber. glosator.

**Guido** de Lacha, in hist. Ord. nostri legitur, quod in episcopatu  
Brixien. erat quidā infanctitate q̄ videbatur alter Iohānes  
baptista, & quasi omnes de illa prouincia currebant ad eum & cre-  
debant eum sanctum, qui tamen erat hæreticus. Mortuus & hono-  
rifice sepultus. Post tempus aliquod inquisitor per testes fideles inue-  
nit quod fuit hæreticus, & de consilio episcopi & aliorum prudentū  
sententiātū est quod eius ossa cōburerentur. Astante igitur populo,  
ossa eius proiecta sunt ad ignē, & statim dæmones eleuarunt ossa de  
igne & tenebāt ossa suspēsa in aere, non tamen videbātur dæmones.  
Populares igitur cœperunt clamare. Moriatur episcopus cū istis fratribus,  
qui voluerunt comburere sanctū dei ex inuidia, ecce quomodo  
deus nō vult. Episcopus t̄muit. Fratres confortauerunt eū, dicētes.  
Domine nos sumus hic pro defensione fidei, præparetis vos ad mis-  
sam, quia ostendet nobis dominus aliquod miraculum ne fides peri-  
cliteretur. Missa fuit Sal. sancta pa. & eleuato corpore Christi, dæmones  
in aere clamauerunt. O Guido de Lacha, nos defendimus te quantū  
potuimus, sed modo non plus possumus, quia adest maior nobis. Et  
statim ceciderunt ossa in ignem & combusta sunt, & fides glorificata  
est. Hic perpenditur dolus diaboli. In isto casu dæmones hæreticum  
defunctum defendunt, vt plures animas decipiant.

- 174 **Græci** in primitiua ecclesia famosi & celebres fuerunt in fide, præclaras ciuitates & insignes ecclesias & doctores per multa tēpora sub ecclesiastica obedientia possederunt, duræ tamen ceruicis semper fuerunt arrogantes, & vsque hodie sanctę Romę ecclesię rebelles, sacrorum suorum conciliorum determinationibus atque decretis minime obtemperantes, summū Pon. Christi vicariū omnesque nos Latinos tenent excommunicatos, sacramentū confirmationis paruulis suis mox post baptismū conferunt, per simplices sacerdotes contra ecclesię determinationem in fermēto conficiunt, aquā in missa vino non commiscunt, sacramētis nostris nullam reuerentiā faciunt, purgatorium negant, & quod spiritus sanctus a patre & non a filio procedat, & quod sancti non vadunt ad paradysum vsque ad diem iudicii, quod impugnat b. Tho. 4. contra gen. Et aliqui eorum dicuntur Suriani, aliqui Nestoriani, &c. Hiero. 2. li. cōtra Iouini. Vni uersus pene error de Chaldæo & Syro & Græco sermo. processerat, falsarius & hæreticus, miserabiliter emulus Hieronymi,
- 176 **Gronius** libro anuli nomē inscripsit, in quo error de Impeccantia, & sub noīe Xisti martyris vrbis Ro. episcopi, cum sit Sexti Pythagorici gentilissimi, in quo li. nulla Christi, nulla spiritus sancti, nulla prophetarū, nulla apostolorū fit mentio, vt dicit Hiero. super. 22. Hiere.
- 176 **Godeschalvus** hæreticus, vt dicit Sigibertus in chronica sua, a Rabano archiepiscopo Maguntino rationabiliter vt multis visum est, conuincitur, sed tamen in suo perseverat errore. Anno. 849. Cum enim quis stulta obstinatione sectę aut hæresi adhererit errore, quem semel concœpit semper sectari, nullatenus cessat, & hæc est conditio hæreticorum.
- 177 **Girouagi** videntur habitu monachi, sed sunt hypocritę hæretici, calia seminantes, sub nulla regula obediētix viuentes, & hi apud Aegyptios dicti sunt garabaitæ. Et istos reprobatur Alpharus in de planctu ecclesię libro secundo.
- 178 **Gondissalus** in Hispania in diocesi Conzensi tempore Innocen. sexti quendam librum hæreticalem dictauit, cuius scriptor fuit Nico. de Cala. dæmone ei visibiliter apparente & docente, hunc librū virginalem vocauerunt, quem librū N. emerici Ordi. Pręd. & vicarius episcopi Barchinon. cōdemnauerunt, & dictū scriptorem iudicialiter combusserunt. Vide in Nicolao de Calabria, de quo in. 2. li. vniuersalis boni. ca. 47. Quodā noīe
- 179 **Guilhermus**, stro tēpore in vrbe Antvverpien. Brabacię Guilhermus Cornelius noīe, hicin hypocrisi & simulatiōe diutius cōuersatus, præbēdę beneficiū quasi sub prætextu perfectę paupertatis dimi-

fit, & tamen luxuriæ totus erat deditus. Dicebat autem sicut rubiginem igne, sic omne peccatum paupertate consumi, & ante dei oculos annullari, meliorem esse publicam meretricem pauperem, quam sit aliquis castus perfectissime continēs, dum tamen aliquid in sui retineat subsidium. Et propter hoc omnis profusus religiosus esset damnatus. Quod autem dicebat pauperi luxuriam non esse peccatum, maxima erat blasphemia, quasi esse vellet & iustissime deus illis quibus præcepit. Non misereberis in iudicio pauperis. De isto autē certissima relatione didicimus, quod cum defuncto eo atque in ecclesia beatæ virginis cum honore sepulto, quidam die tertia eandem ecclesiam introisset, vidit corporalibus oculis sepulchrum dicti Guilhermi vacuum & apertum, manifestissima significatione præfagiens futuræ damnationis euētum. Nam post annos quatuor cognita, reprobata nequissimæ hæresis illius malitia per venerabilem patrē Nicō. Cameracen. episcopum Cadauer eius de sepulchro quasi stipis inutilis secundum Esa. loquētem de Nabuch. proiectum est & cōbustum.

**Guido** hæresiarcha & scismaticus, facta eius damnantur extra de scif. c. i. Hic successit Octauiano iniuste in cathedra & Paschalis vocatus fuit, & post mortem istorum duorum, Alexan. restitutus est, vt dicit Ber. glossator.

**Guido** de Lacha, in hist. Ordī. nostri legitur, quod in episcopatu Brixien. erat quidā infanctitate q̄ videbatur alter Iohānes baptista, & quasi omnes de illa prouincia currebant ad eum & credebant eum sanctum, qui tamen erat hæreticus. Mortuus & honorifice sepultus. Post tempus aliquod inquisitor per testes fideles inuenit quod fuit hæreticus, & de consilio episcopi & aliorum prudentū sententiātū est quod eius ossa cōburerentur. Astante igitur populo, ossa eius proiecta sunt ad ignē, & statim dæmones eleuarunt ossa de igne & tenebāt ossa suspēsa in aere, non tamen videbātur dæmones. Populares igitur cœperunt clamare. Moriatur episcopus cū istis fratribus, qui voluerunt comburere sanctū dei ex inuidiā, ecce quomodo deus nō vult. Episcopus t̄smuit. Fratres confortauerunt eū, dicētes. Domine nos sumus hic pro defensione fidei, præparetis vos ad missam, quia ostendet nobis dominus aliquod miraculum ne fides percliteretur. Missa fuit Sal. sancta pa. & eleuato corpore Christi, dæmones in aere clamauerunt. O Guido de Lacha, nos defendimus te quantum potuimus, sed modo non plus possumus, quia adest maior nobis. Et statim ceciderunt ossa in ignem & combusta sunt, & fides glorificata est. Hic perpenditur dolus diaboli. In isto casu dæmones hæreticum defunctum defendunt, vt plures animas decipiant.

187 **H**elladius vnus de episcopis orientalibus fauētibus Arrio,  
& verbum patris negauit, inæqualitatem in trinitate posuit,  
& alios errores, de quibus. 1. li. hist. tri.

183 **H**elonitæ, isti sacramēta legalia simul cum euāgelio dicebant esse  
seruanda, de quibus Tho. 4. contra gen. c. 57. huius  
modi error quasi contraria implicat, dum seruāt euangelicalia sacra  
mēta profitentur incarnationē & alia Christi mysteria iam esse per  
fecta, dum vero sacramtēa legalia seruant, profitentur esse ventura;

184 **H**enricus genere Francus & Tholosanus, hæreticus sub vestimē  
tis cuius lupus rapax, sed ad domini designationem  
a fructibus eius cognoscimus illum, vt scribit s. Bern. ad Hildephon  
sum comitem sancti Egidii, Basilicæ sine plæbibus, plæbes sine sacer  
dotibus, & sine Christo deinde Christiani. Ecclesiæ synagogæ repu  
tantur sanctuariū dei, sanctum esse negatur, sacra non sacramēta cen  
sentur, dies festiui festiuis frustrātur solenniis. Moriūtur homines in  
peccatis suis non sacra communione muniti, paruulis Christianorū  
Christi intercluditur vita, dum baptismi negatur gratia. Ad vocē  
hæretici siluerunt in eo omnes propheticæ & apostolicæ voces. Ho  
mo apostata est, qui relicto religionis habitu, nam monachus exiit  
ad spurcicias carnis & sæculi, tanquam canis ad suum vomitum est  
reuersus, præ confusione habitare inter notos non sustinens, ob ma  
gnitudinem criminis factus girouagus & profugus super terram. Et  
cum mendicare coepisset, posuit in sumptu euangelium, euangeliza  
bat vt manducaret, turpis lusor nocte cum meretricibus, inuentus  
est prædicator insignis. De Lausana exiuit, de Cenomannis, de Picta  
ui & Burdegali expulsus, nec patet ei vsquam reuersionis aditus.

184 **H**ezelinus de quo frater Tho. Brabantinus. 2. li. de bono vniuer  
sali ca. 3. Tempore quo terra Albigēsum purgari de  
buit ab hæresibus. crux septies prædicata fuit contra diuersos. Septi  
mo autem contra Hezelinum nobilem Italiæ, & eius complices, qui  
condemnatus & publicus hæreticus, fidem catholicam grauitet in  
sectatus est.

186 **H**ermas, princeps Messalaniōrum, & eorum errores ibi reperies,  
& ab hoc Herma vel Hermia deriuati sunt Hermiani.  
Istis Litarius præsul Meitiensis ecclesiæ, & Amphiloichius famosis  
simus Licitomaentis antistes, viriliter resisterunt, oues Christi de me  
dio luporum eripientes. Exo. 7. li. hist. tri. ca. 11.

187 **H**ermogeniani, ab Hermogene vocati, qui materiam non na  
turam introducens, deo non naturæ eam cōpa  
rauit. Matremque elementorum deam asseruit, quos Apostolus im



probat ad Gala. 4. elementis seruientes, vt dicit Iſid. & notatur. C. de hære. & Aug. in li. de hære. Hermogeniani fuerunt in Africa, idē ſentientes cum Patrepaſſianis, & abiecti fuerunt ab eccleſia catholice. Contra hæreſim Hermogenis Theophilus ſextus Antiochenus epiſcopus, ſcripſit librum vnum, vt dicit Hiero. de viris illuſtr. Et. 2. Timo. i. Scis quod auerſi ſunt a me omnes qui in Aſia ſunt, ex quibus eſt Philetus & Hermogenes. Et in eodem loco dicit b. Tho. quod hi duo conuerſi ſunt per ſanctum Iacobum.

**Heracleonitæ** vel Heraclitæ, ab Heracleone. Duo aſſerunt principia, vnum ex altero, & ex his duobus alia plura. Feruntur autem ſuos morientes nouo modo, quaſi redimere per oleum baſamum & aquam, & inuocationes quas Hebraicis verbis dicunt ſuper capita eorum, ſecundum Aug. de hære. quorum autor ibidem nuncupatur Hærararcha. Vel dicuntur Heraclitæ, quorum autor fuit Heraclius, hi reſurrectionem carnis negant, & quod ſacramentum extremæ vnctionis non ſit a deo inſtitutum. monachos & monachas, & coniugia non habentes, in communionem recipiunt, contra illud Actu. In omni gente quæ facit iuſtitiam. Ad regnum cælorum non pertinere paruulos dicunt, quia non ſunt eis merita vlla certaminis quo vitia ſuperentur, quod dānatur. extra de hap. c. maiores.

**Hermannus** Ryſſv vich. anno. 1652. ad perpetuum carcerem fuit condemnatus per F. Iohannem Ommaten, ſacræ theologie profeſſorem Ord. Præ. & inquiſitorē. Et iſti ſunt arti. hæreticales eiſdē principaliores, propter quos iam poenitēs perpetuo carceri adiudicatus fuit. Primus quod mundus fuit ab æterno, & nō incepit per creationem fabricatam a ſtulco Moſe, vt dicit biblia indiſtincta. Secundus, deus nunquā creauit angelos ſiue bonos ſiue malos, quia hoc nullibi legitur in noſtra ſcriptura. Nec eſt infernus, vt noſtri eſtimant. Itē poſt hanc vitam, nulla erit vita particularis, vt moruo Socrate, moritur anima eius, ſicut cum corpore incepit. Item doctiſſimus Ariſto. & eius cōmentator Auerrois, fuerunt veritati propinquiffimi. Item Chriſtus fuit ſtultus & ſimplex fantaſticus, & ſeductor ſimplicium hominum. Et ego dico quod ille chriſtus damnauit vniuerſum mundum & neminem ſaluauit. Quod enim homines in terrefacti ſunt propter ipſum & ſuum euāgelium fatuum. Item quod omnia quæ Chriſtus geſſit humano generi & rationi recte ſunt contraria. Item Chriſtum filiū dei omnipotentiſſimi, aperre nego. Et Moſen legem a deo viſibiliter & facialiter ſuſcepſiſſe reſuſo. Item fides noſtra fabuloſa eſt, vt probat noſtra fatua ſcriptura & ficta biblia & euāgelium delirum. Item euāgelium noſtrū falſum eſt, quia qui pōt crea-

re mundum sine incarnatione, & eum potuit saluare sine incarnatione. Omnes istos articulos & consimiles, confessus est proprio ore, & sana mente coram inquisitore, & notario, & testibus, addens. Ego Christianus natus, sed iam non sum Christianus, quia illi stultissimi sunt. Idem Hermannus anno. 1512. postquam euaserat carceres priores, multos libros hæreticales conscripsit, quos in iudicio constitutus coram duobus causæ notariis & toto auditorio suos & manu sua cōscriptos cognouit. In libris istis compertæ fuere multæ hæreses propter quas post maturas deliberationes desuper habitas, iudicio doctiss. virorum inuentus fuit relapsus, & tandem pro tali condemnatus per F. Iacobum de Hochstraten sacræ theol. doctorem & inquisitorem Ord. Predic. & dominum Iacobum Ruysch vtriusque iuris doc. & decanum Hagensem, a Reuerendiss. domino episcopo Traieci, in causa illa iudicem delegatum. Hi sua diffinitiuâ sententiâ reliquerunt præfatum Hermannum magnificis iudiciis de sollemnissima illa altiori curia Hollandiæ & Selandiæ illic consistere aliter præsentibus. Qui & quæ de toto processu inquisitoris, &c. summarîâ (quod curia illa in similibus tenacissime obseruat) & sufficientem acceperat cognitionem, maturo habito concilio sua executoriali sententiâ iudicârunt eundem Hermannū ante solis occasum in cineres resoluendū.

### Hermannus

Italus, autor fuit hæresis Fratricellorum, cuius corpus apud Ferrariam sepultum iam. 20. annis, & qui pro sancto colebatur, exhumari & exuri fecit Bonif. octauus, habitata de huiusmodi diligenti inquisitione. Nec tamen propter hoc hæresis ipsa exterminari potuit, & ob id hominis illius sectæ dicebant, Bonifacium nec quenquam illius successorē, & præsertim Iohannem 22. iure & ordine creatum esse pontificem, Vnde & clam conuentibus initis summis pontificibus aduersari cœperūt, quamquam magis luxuriæ & libidinis blandimenta sequi viderentur quam iuris pontificii quarere fundamenta. Hic nota quod Aug. diuersas epistolas scripsit quod oportet hæreticos etiam post mortem anathematizare, talem enim ecclesiasticam traditionem alii episcopi seruauerūt, sed & Ro. sancta ecclesia quosdam episcopos post mortē anathematizauit, licet in vita sua accusati non essent. Sic factum est de hæreti. Hermannō, & de hoc. 24. q. 2. sane profertur.

**Hermophilus**, de quo sic dicit Euf. li. 5. ca. 29. Hermophili exemplaria non conueniunt cum Apollonicis, sed ne ipsa quidem sibiipsis concordant, si priora cum posterioribus conferas, semper enim emendant quibus semper displicent quod emendant, sed noua quædam perquirunt cum eis quæ in vsu sunt videt̃

tur aduersa, quid autē temeritatis habeat istud admissum arbitror ignorare, aut enim non credūt diuino spiritu scriptas esse scripturas & sunt infideles, aut semetipsos arbitrantur sapientiores esse spiritu sancto, & quid aliud indicant per hoc nisi quia a dæmone aguntur.

**Hircius** hic sancta euangelia falsificauit, & illa euangelia quæ ipse se confinxit, iudicata sunt cauenda, distinctione decima quinta, sancta Roma. 192

**Hyminaeus** hic fuit apostata, repellens a se fidem & circa fidem naufragauit, factus hæreticus & alios seduxit. Vulpes enim magnam caudam habent, & hæretici multos trahunt secū in perditionem, & hunc Hyminaeum Apostolus tradidit satanæ. 1. ad Timo. 1. & eius hæresis ponitur. 2. ad Timo. 2. quia a veritate fidei decidit, dicens resurrectionem iam factam esse, & sic negat futuram resurrectionem. De hoc Tho. 4. contra gen. ca. 79. & dicit Polycarpus ad Phil. qui dixerit neque resurrectionem, neque iudicium esse, hic primogenitus satanæ est. Esitius. Leuit. 10. Paulus Hyminaeum puniit & Alexandrum. aliena docentes, ne exemplo suo aliis præbeant causam mortis. Apostare nequam est, mortale est, merito ergo arguendi sunt hæretici, qui relictis, quæ ab apostolis audierūt, noua inducebant, & per hoc fraternæ charitatis fœdera dissipabant. 193

**Hieronymus** de Praga hæresiarcha, de quo in de orig. Bohem. c. 18. hic & Io. Huss fuerunt vocati ad concilium Constantiën. Sigismundo imperatore suadente, hi fuerunt cæteris regni Bohemiæ doctiores, & hæresum principes habebantur. Ioannes ætate maior habitus, doctrina ac facundia superior Hieronymus. Rogati a patribus concilii fuerūt ne plus sapere quam ecclesia vellent, sed saperent ad sobrietatem, peregrinas opiniones relinquerēt, ingenia sua quæ erant nobilissima, vnde viciiarum insania ne fœdarent, & vt inuentiones suas vniuersali concilio submitterent, Steterunt in proposito pertinaces Bohemorum animi, neque victi rationibus vinci voluerunt, se veraces sancti euangelii æmulatores, Christi discipulos esse. Ro. ecclesiam cæterasque per orbem dispersas, longe a traditionibus apostolorum abiisse. Primores magni synodi, vbi pertinaciam & immutabiles animos perditionum hominum animaduertent, membra ecclesiæ putrida quæ sanari nō poterant, ne reliquum corpus inficerent, ressecanda censuerunt. Lara in concessu patrum aduersus contumaces sententia cremandos esse, qui doctrinam ecclesię respuerēt. Prior igitur Ioannes combustus est. Hieronymus diu postea in vinculis habitus, cū resipiscere nollet, pari supplicio affectus, sub Sigismundo imperatore, anno. 1416. 194



- 194 **Hîrena** imperatrix peruersa & pessima hæretica, vxor Leonis imperatoris quarti, quâ Cōstantinus sextus filius eius amouit a regno, vt suis negotiis foemineis intenderet. Ipsa enim ad tempus cū filio regnauit. Amora a regimine, odio in filiū cōcepto, filiū & filios filii exoculauit. Hinc Græci eā carceri monachali māciparūt.
- 195 **Honoricus** quintus vuādalorum rex zenonis principis temporibus regnauit, qui perfidia Arrianorum deprauatus, trecentos episcopos cœpit, & eorum ecclesiis clausis, in Sardinia exulare coegit. Hæretici olim persuaserunt principibus, vt catholice ecclesiæ defensores in exilium pellerentur, vt desolatam plebem facilius seducerent.
- 197 **Hussite,** a Ioan. Huss appellati sunt, sub vuenceslao rege Bohemig. Sic eorum insania ortum habuit, vt scribit Pius. ii. in de ori. Bohem. c. 37. Quidam nobilis Bohemus ex domo quam putridi piscis vocant, apud Oxoniam Angliæ ciuitatem, libros Ioan. uicleff inuenit, & secum tanquam thesaurum patriæ suæ intulit, & hoc virus foetidum tanquam putridum piscem in suos ciues euomuit, & post recessum Teutonicorum de Praga ad Lipsip. Ioannes Huss de libris Io. uicleff multa attulit in medium, asserens in eis omnem veritatem contineri. Et sic ad eum traxit multos, qui cœperunt latrare in sacerdotes, & ab ecclesia catholica recesserunt, & impiam vualdensium sectam atque insaniam amplexi sunt. Huius pestifere factionis iam pridem damnatæ, dogmata sunt. Romanum presulem reliquis episcopis parem esse, in sacerdotes nullum discrimen, presbyterum non dignitatem, sed vitæ meritum efficere porio rem. Purgatorium ignem nullibi inueniri. Mendicantium religiones malos demones inuenisse. Item quod Paulus nunquam fuit mēbrū diaboli, licet fecerit quosdam actus actibus ecclesiæ malignantium similes. Item duæ naturæ diuinitas & humanitas sunt vnus Christus. Item quod condemnatio. 4.5. arti. Ioannis uicleff per doctores facta, est irrationabilis & iniqua. Et summarie Ioannes de Turre cre. in fi. 4. li. summæ de ecclesia ponit, 30. articulos Io. Huss, qui fuerunt condēnati in concilio Constantiē. quere aliquos infra in vualdensibus. Et ab isto Ioanne infecti sunt pene omnes Bohemi, & qualiter sit combustus, dictū est in Hiero. de praga. Et Andreas de Broda doctor Pragē. tempore concilii Constantiē. scripsit contra quatuor arti. Hussitarum, quos practicauerunt Ioannes Huss & Hiero. in Bohemia. Item fecit tractatum de venerabili sacramento corporis Christi, vbi probat quod nō liceat populum laicalem excommunicare sub vtraque specie, & soluit motiua Hussitarum.

**I** Ba hæreticus, cuius epistola dānatur in quinta synodo Constātinopoli. quam scripsit ad Marim per sam, quæ denegat dñi verbum de sancta genitricē semper virgine incarnatum hominem factum, dicit autem purum hominem ex ea natum esse, quem templum vocat, tanquam alio existente deo verbo & alio homine. Sanctum Cyrillum reprehendit & hæreticum vocat, & vituperat Ephesinam sanctam primam synodum, tanquam sine iudicio & requisitione Nestorium deponentem.

**Iacobellus**, ex Misna expulsus, ad Bohemiam asylum hæreticorum fugiens, quia vualdensi lepra infectus fuit. Hic cum Ioan. euāg. legisset, quia dominicum corpus sub duplici specie panis vni que sumebatur, publice populum cōmone cœpit, ne dei ceptis cōmunionē calicis negligenter. Consenserunt hæretici oēs. Res media inquiruntur Ioannes. 23. papa plenam remissionem p̄cōrum indulgit his qui ad tuendam ecclesiam arma induerēt. Recitabatur in ecclesia Pragē. decretum Pon. Quod cum quidā sordidæ artis audis sent, Ioannem papam anichristum esse magna voce clamauerunt, qui crucem contra Christianos decerneret. Et mirum est, quod alii qui volentes literati estimari, sequentes hæreses Iacobelli, vbi nō est doctrina, non fama doctoris, nec vitæ sanctitas, non miraculum, dimittunt Aug. Ambro. & totam ecclesiā Christi, cum omnibus vniuersitatibus & doctoribus.

**Iacobitæ** siue Iacobini, a quodam magistro suo Iacobo cuiusdam Alexandrini patriarchæ quondam discipulo appellati, & ab eodem variis infecti erroribus & seducti. Hi ante multos ānos a Dioscoro quondam Constantinopoli. patriarcha fuerunt ex cōmunicati & ab ecclesia Græcorum, quæ tunc obediuit Ro. ecclesiæ sequestrati. Hi se dicunt esse Christianos, ab Matheo apostolo ad fidē primitus conuersos, sed inimico superseminante zizania sua in medio tritici, in hæresim sunt prolapsi, paruulos suos circūcidunt per adulationem in fronte vel in genis, putant expiari a peccato originali, occasione illius Ioannis quod de Christo dicebat. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igne. Exponentes hoc solum ad literam. Vnā tantum in Christo naturam tenent. Paruulos adhuc ad vbera pendent, sub vtraque specie communicant sicut & Græci, speciatim habent idioma. Item hi non credūt sanctam trinitatem, sed vnitatem, in cuius signum ante se faciūt signum crucis cum vno digito, & horum presbyteri, diaconi subdiaconi stant simul in altari, & secundum ritū eorū simul recipiunt communionem, & hoc ideo faciunt, quia tres reges simul domino, in præsepio munera obtulerunt.

**Iacobus** Præpositi Luterianus, qui primo solennem fecit reuocationem in maiori ecclesia Bruccellensi, coram maxima hominum multitudine, sacra Imperiali Millic residente cum sua curia, in hunc modū. Ego frater Iacobus Præpositi, religiosus ordinis cremitarum sancti Aug. anathematizo omnem hæresim, & præcipue eam de qua diffamatus sum. quam F. Martinus Luter in suis li. & ad populum sermonibus his temporibus docuit & tenuit, propter quā a sede Apostolica tanquam hæreticus cum sua doctrina dānatus est, maxime quo ad arti. in literis Apostolicis expressos. Cōsentio etiam de Ro. ecclesia in omnibus quæ ad Christianam religionem spectāt, & confiteor quæcunque sedes Apostolica confitetur. Insuper sentio & teneo præfatum Martinum cum sua doctrina rite & legitime a dicta sede condemnatum, eius libros, tractatus, vel sermones, tam æditos quam ædendos recte veritos legi, vel teneri, ac incēdio tradi mādatos. Specialiter autem reprobō quosdam arti. quorum aliquos publice prædicauī, alios priuatim & fallaciter expressi, cæteros apud me sensi, iuxta formam quæ sequitur. Tantum tria ecclesiæ sacramenta scilicet baptisma, poenitētia, & eucharistia, expressa in scriptura sacra, sunt diuinitus instituta, reliqua autem quatuor humanitas per ecclesiam. Non est indulgentiis confidendum. Papa indulgentias dare non potest. Indulgentiæ non sunt efficaces. Nulla merita sanctorum applicari possunt. Omnia opera sanctorū peccata sunt, & egēt misericordia ignoscente & remittente. Nullus est ecclesiæ thesaurus præter Christi merita, quæ duntaxat per ipsum Christum vnicuique secundum suam fidē applicantur. Luterus cum sua doctrina nō est legitime per sedem Apost. condemnatus. Liberum arbitrium actuum suorum interiorum non est causa affectiua sed duntaxat receptiua, & vt duntaxat se habeat ad ea passiue. Omne opus liberi arbi. quantumcunque bonum, peccatum est, egens dei misericordia ignoscente & remittente. Quicquid agit homo ante iustificantem gratiam peccatum. Vnica refectio, & a certis cibariis abstinentia, tēpore ieiunil. irrationabiliter præcipiuntur, & contra scripturam. Christiani sunt liberi ab huiusmodi ieiuniorum obseruantia, nec ipsa facit ad obseruāciam legis dei. Dubium est an homo se voto obligare possit ad supradictum ieiunium. Papa vel ecclesia non vult nec potest subditos sub poena peccati mortalis obligare, ad hūc sensum quod homo transgrediens præceptum hominis, peccet mortaliter. Superiores non tenentur subditos obligare sub poena peccati mortalis. Subditus sui superioris præceptum trāsgrediens ex ignorantia supina, vel passione, secluso scandalo, non peccat. Papa de iu.

re diuino non est caput ecclesiæ. Petrus solo iure humano factus est primus & supremus inter apostolos. Et idem censendum est de quo libet Petri successore. In omni foro tam exteriori quam interiori omnes episcopi sunt æquales. Concilium rite congregatum præcise tantum decidere potest quantum sacra scriptura expresse continet. Concupiscentia quæ in baptizato reliquitur, est peccatum proprie dictum contra hoc. Non concupisces. Caro tali concupiscentia infecta ad omne opus liberi arbi. concurrir, vnde quodlibet opus humanum peccatum efficitur. Idem censendum est de martyrio Petri & aliorum sanctorum operibus. Omnes laici sunt sacerdotes. Qui manet in peccato mortali, non manet in baptismo, sacerdotio, episcopatu, vel papatu. Displicentia de peccatis admissis, non est via ad gratiam iustificantem, sed e contra, gratia est via ad ipsam displicentiam. Dolor de vno peccato sine dolore omnium, est peccatum. Omnes igitur & singulos supra dictos arti. reprobato & reuoco & condemnato, quorum quidam articuloꝝ aliqui sunt notorie hæretici, & a sanctis patribus reprobati, quidam vero scādalosi, alii vero piarum aurium & simplicium mentium seductiui. Et omnes veræ vnitati catholice obuiantes. Profiteor autem hæc omnia pure & sine conditione, ex animo sincero, plene, & de veritate instructus, & iuro per sanctam trinitatem. Hic Iacobus postea relapsus fuit, fratres quoque illius conuentus vinculis & custodiis sunt mancipati. Conuentus quoque eorum Antvverpien. ex mandato Adriani sexti funditus est deletus.

**Iacobus** iusti, erat principalis inter Begardos qui in Valentia erant qui dogmatizauerunt hæreses Begardorum, addentes quod condemnati religiosi & laici pro dictis hæresibus tam per dominum Clementem in curia quam per inquisitores in aliis partibus erant beati & in cælis martyres Christi, & tandē hæreses eorum fuerunt Valentia damnatæ per F. Nico. Roselli, inquisitorem & postea Cardinalem. Ordini nostri, & per episcopum Hugonem de Souelleto. Et tres iam mortui, scilicet Guilhermus Giliberti & Bartholomæus Fusti & quidam alius fuerunt excommunicati, & vt impœnitentes condemnati, & Iacobus iusti extitit immuratus & ibi mortuus.

**Iacobus** Syrus & alii Syrorum in hoc errauerunt, sicut dicitur in li. de ecclesi. dogm. quod esse duas animas in vno homine scribunt, vnam animale[m] qua animatur corpus & immixta sit sanguini, & alteram spirituale[m] quæ rationi ministret. Sed nos dicimus vnam & eandem esse animam in homine, quæ & corpus sua societate viuificat, & quæ seipsam sua ratione disponit.

207 **Idioparastæ**, hi cum suis cōplicitibus ad nequitiam Manichæi perueniunt, de quibus. C. de hære.

208 **Ioannes** episcopus Hierosolimitanus, suspectus erat quod Origenis & Arrianorū dogmatibus esset infectus, & sic S. Hieroni. ab eius communione se abstinebat. Sed congregato concilio apud Antiochiā, efflagitatus est vt se purgaret de infamia hæreseos, siultum enim est frustra infamiam sustinere. Sed ipse magis auxilium spicionem malę conscientię. Hunc Hieron. in epistola contra errores eiusdem Ioan. prouocat vt aut aperte hæresim profiteatur, aut Christianum. Hic fastidiosus antistes tanquam solus sapiens & solus nobilis, conseruos suos, laicos, diaconos, & presbyteros, redemptos sanguine Christi, rugata fronte & obliquis oculis contempsit. Et idē ad eundem. Habes papam Epiphanium, qui te a parte missis literis hæreticum vocat, & accusauit te quod Arrianus esses, & hoc per totā epistolam quaeritur quod Origenis dogmatum sequaris errores, & quosdam habeas huius hæreseos socios.

209 **Ioannes** alius de quo in. 10. lib. v. vandalicę. cap. 37. sic habetur. Praga infelix domiciliū hæreticorum, in se veis manibus cruentissimo bello laborauit in vrbe veteri, pro magna tamen parte habitauere Teutonici, viri fideles & catholici, q̄ magnis sunt odiis hæreticos nouę ciuitatis infectati. Frater quidā ordinis hæremitarū Aug. feruebat noua hæresi declamator ad populum eximius, qui libera voce in vrbe etiā veteri ausus est hęresim suam disseminare. Non passi consulares improbissimum hominem capiunt & cum quibusdam sectatoribus suis in tenebras condūt, nunquam reditūrum, Impii nanque hæretici in tenebris conticescent ab arroganti eorum & vesana prædicatione. Digni quidem illi carere luce & pati carcerem tenebrarum. Sapientię decimo octauo.

206 **Ioannes** de Struma scismaticus, qui Guidoni Cremenfi successit in cathedra vocatus Calixtus, quem Alexander tertius cum aliis excommunicauit. & mala morte periit, vt dicit Ioan. And. extra de scism. Huic Ioanni successit Lando cardinalis, qui in nomina tus fuit & excommunicatus ab Alexādro, & etiā male obiit, & dicta decretalis de duobus solum mentionem facit.

207 **Ioannes** de Ianduno, fuit eiusdem sectę cum Marfilio de Padua, & eorum errores damnantur in extraua. Ioan. 22. quę incipit. Licet intra doctrinam apostoli. Error primus, quod id quod legitur in Mat. euang. de statere ex ore piscis sumpto &c. quod hoc Christus non fecit ex liberalitate, sed coactus necessitate. Secundus, quod apostolus Petrus non plus fuit caput ecclesię, quam quilibet Apo



Stolorum aliorum. &c. quære in Marfilio.

**Ioannes** de Zischa hæreticorum Hussitarū capitaneus, hic fuit nobilis genere, parumper in curia regis a pueritia nutritus, vno carens oculo, quem pugnans amisit. Sic cæcorum exercitus, cæcum sequitur ducem. Et Bohemi semper Zischa ductore, redeunt victores, angelū de cælo missum in homine loqui arbitrantur, diu præfuit ordinibus bellorum. Infectus Hussitarum veneno, rapinarum avidus in ecclesia dei sævit, imagines crucifixi perfregit. Carthusien. apud Pragam fugavit & eorum monasteriū destruxit. Peste tactus expiravit, ferunt illum cum egrotaret interroganti vbi sepeliri vellet, iussisse ca. laueri suo pellem adamī, carnes volucibus ac feris obiectari, ex pelle tympanum fieri, eoque duce belligerari, arrepturosque fugam hostes, quamprimum eius tympani sonitum audierint.

**Ioannes** Huss, quære supra in Hussitis & in Bohemiis & in Hieronymy. de Praga.

**Ioannes** vvicless, quære in vviclessitis.

**Ioannes** Antiochanus Arrianus, huius auxilio fultus Mahometus Alcoranum composuit, in quo leges suas tradidit Saracenis, falsa quibusdam veris immiscēdo, asserens que Christum ad cælos eleuatum, sed non occisum. Contra quod dicit Polycar. ad Philip. Qui non confitetur mysterio crucis, ex diabolo est.

**Ioannes** philosophus, qui transtulit libros Dion. & eius liber quæ fecit de eucharistia, damnatus est in cōcilio Vercellen. & Alber. super illud Mat. 10. Confiteor tibi. &c. Ioānes Sco. qui multa protulit. &c. ibi notant eum, & non est Scorus ordi. Minorum.

**Ioannes** de Poliacō, magister Parisien. varios errores seminavit circa audientiam cōfessionum, qui damnantur per Io. 22. in extraua. Vas electionis. Primus quod confessi fratribus habentibus licentiā generalem audiendi confessionem, tenentur eadem peccata quæ confessi fuerunt, iterum confiteri proprio sacerdoti. Secundus quod stante statuto omnis vtriusque Ro. pontifex non potest facere quod parochiani non teneantur omnia peccata in anno proprio sacerdoti cōfiteri, immo nec deus possit facere, quia vt dixit, implicat contradictionem. Tertius quod papa non potest dare generalem potestatem audiendi confessionem, immo nec deus sed confessus habentis generalem licentiā, tenetur cōfiteri proprio sacerdoti, quem vocat parochiale curatum. Isti arti. sunt falsi, erronei, & a sana doctrina deuii, & autoritate Apostolica damnati.

**Ioānes Roatius** hæreticus pessimus, vt scribit Aeneas Syl. nobis hi loco natus, ingenio malo, mēte pessima, nō lō



ge a montibus Cuthnis intra sylvas castellum ædificauit, vocauitque montem Sion, asserens ex eo loco veritatem aliquando exituram, quæ gentem Bohemicā libertati donet. Vicinis infestus prædas agitat instantibus nonnullis baronibus, quibus pax noxia bellum salubre videbatur. Itinera quæque infecura infesta reddit. Sigismundus imperator castrum eius obsideri iubet. Capitur castrum & ipse Roatius cum latronibus, in vinculis ducti omnes Pragam, suspendio vitam finire furcarum, quibus damnati pœnas dederunt, triplex durior fuit & sublimior Roatius pependit, quæ infra in Medio hære.

214 **Ioannes** alius, de quo sic dicit Aeneas Syl. in de ori. Bohem. p. idē ferme tempus surrexit & alius pseudosacerdos apud Pragam Ioannes quidem ex ordine Præmonstratē. impius monachus, & ad omne scelus audax. Qui cum prædicaret ad sanctum Stephanum in piscina, neque benefacere videretur, inde amotus, Monasterium Carmelitarum inuasit, & cum hæretici insultum facerent contra consules ciuitatis, & septem ex eis ex altissimis fenestris in forum præcipitati essent, dirum spectaculum præbuere stante in foro Ioanne monacho, & sacrū Christi corpus sanguinario populo ostētante.

215 **Ioannes** de Rochesana, de quo sic dicit Aeneas Syluius, Oppidū Pragē, ecclesiæ, cui Rochesana est nomen, ex hoc loco puer obscuris parentibus, sensuque tenuissimo natus Ioannes nomine Pragam venit, mendicatuque victum querēs grammaticam & dialecticā didicit, auditor Iacobelli fuit, presbyter ordinatus. verbum dei prædicare Pragensibus cœpit, & pseudo eorum apostolus factus est, in concilio Basiliē. inter alia detestabatur imagines in ecclesiis, & quod laici sub vtraque specie communicare debent. Contra quem disputauit Ioannes de Ragusio patriarcha. Ord. Præd. Ad didit quod ecclesia solum est ex prædestinatis & in gratia existentibus, & quod mali non sunt de ecclesia, & in ista pertinacia, in sauo cū ductu, recessit a concilio cum aliis Bohemis, & mente superba, & opinionione sua inflatus dieti peior, & venenosior effectus, & monachos dæmones novos vocabat. Et quod his studium est nos eiicere a veritate. Et Ioan. de Capistrano ordin. Min. scripsit epistolas ad Ioannem istum Hussitarum defensorem in Praga tyrannizantem.

217 **Ioannes** de vvesalia superiore, doctor theologiæ, prædicans secularis in diuersis locis. Bohemis communicans, cōdemnatus fuit, & eius libri combusti fuerunt. Maguntia sub Friderico imperatore tertio, per Patrem Gerardum de Elthen inquisitorem & patrem Iacobum Sprenger, doctores sacrae paginae, Ordinis Prædicatorum, Conuentus Colonien. & per alios deputatos propter istos

errores, quos proprio ore confessus est in iudicio. Primus error, quod spiritus sanctus procedit a filio, non habetur expresse in sacra scriptura. Secundus, quod Christi ecclesia potest errare, & errauit, nec tanta est autoritas eius ut errare non possit. Tertius, quod hic versiculus in symbolo Athanasii, sicut anima rationalis & caro. &c. est falsus. Quartus, quod concilia generalia non sunt in spiritu sancto congregata. Quintus, quod omnes homines tenentur non obedire sanctionibus conciliorum. Sextus, quod pontifex Romanus papa, legitime institutus, non sit vicarius Christi. Septimus, quod apostoli & eorum successores prælati ecclesie, non habent a Christo autoritatem condendi canones seu leges. Nonus, quod non licet prælati in tempore nouæ legis consilia post Iesum data statuere pro præceptis, ut faciant iugum Christi amarum, & onus Euangelii graue, & ita damnat quaslibet que religiones & regulas per sanctos patres institutas & a sede Apostolica approbatas. Decimus, quod omnes presbyteri & episcopi sunt pares, & quod potestia diuitiarum & paupertatis humilitas vel inferiorem vel sublimiorem episcopum facit.

Vndecimus, quod vnus episcopus sit super alios, & papa super omnes factum est, non in Christo, sed hominum electione. Item quod nulli Christiani, quantumcunque docti, habuerunt autoritatem exponendi verba Christi, nec etiã tota ecclesia. Item confessus est nullum esse peccatum originale, & quod paruuli recenter nati, aut etiã concepti, non contrahunt originale, nec credendum est Augustino hoc asserenti. Item quod nulla est ratiõabilis causa motiua ad instituendum legem continentie clericorum. Item quod Christus nullum instituit ieiunium quadragesimale, nec ieiunio suo. 40. dierum dedit exemplum ieiunandi, & quod homo non tenetur famem sustinere in ieiunio, quia abbreviaret vitam suam. Aqua benedicta nullam habeat aliam virtutem vel efficaciam, quam aqua non benedicta. In trac. sud de indul. ecclesie scripsit, quod thesaurus meritorum sanctorum non possit per papam distribui, nec etiam pensatio poenarum pro peccatis debitarum possit fieri per poenas Christi, & quod indulgentie sint pie fraudes fidelium. Item prædicauit publice in ser. de passione Christi. Crucifixerunt eum, quis scit an funiculis ipsum alligauerunt, aut clauis crucifixerunt.

**Imaginum** hæresis orta fuit circa tempora Gregorii secundi anno. 714. tales auferre voluerunt imagines sanctorum, quæ sunt libri laicorum, quasi idololatriæ cultum. Morifuerunt institutu Saracenorum. Contra hæresim septima synodus celebrata fuit in Constantinopoli, Et. f. Grego. Seruium episcopum redarguit,

## Hæretici de litera I

quod sanctorum imagines inconsiderato zelo fregit. de cōsecratio. distinctio. 3. capi. perlatum. Nam quod legentibus scriptura, hoc & idiotis præstat pictura cernētibz, in ipsa ignorantes vidēt, quid se qui debeant, in ipsa legunt qui literas nesciunt, & cap. venerabiles. Christiani venerātur sanctorū imagines in memoriā sanctorū, & recordationem primitiuorū olim factorū. i. rerū gestarum. Item Grego. secundus anno primo in concilio in vrbe celebrato, imaginum sanctorum venerationem approbat, & contraditores excommunicauit. Ethæresis execrantium imagines sanctorum in ecclesia dicitur illas non colendas, damnatur in septima synodo Nicena.

279 **Indiani** de dominio presbyteri Ioan. qui Christianos se profiterentur, & per beatum Tho. apostolum ad fidem Christi conuersos, sed ab erroribus prauis non sunt alieni, circumcisionem recipiunt, adurunt paruulos suos in frontibus suis, calamo ferreo, in modum crucis. In fermento conficiunt, sub vtraque specie communicant. Nota quod in partibus Indiæ diuersi Christiani sunt hæretici, videlicet Copti, Isini, Mandepoli, de quibus, quære in locis suis.

280 **Insabbatati** hæretici, sunt vualdenses, & quoddam scutum in scutulari vel sabbate superiore parte habent, qui perfecti inter eos sunt, illud in signum deferunt, a quo Insabbatati dicti sunt. Et iuramentum in omni casu respuunt, nullam orationem nisi Pater noster admittunt, omne humanum iudicium subterfugiūt, carnes omni die comedunt, libidini totaliter se exponunt. Quando sedent ad mensam, per hunc modum benedicant. Qui benedixit quinque ordeaceos panes & duos pisces ī deserto discipulis suis, benedicat hanc mensam nobis. Et quando surgunt illud Apocalip. dicunt. Benedictio & claritas, sapientia & gratiarum actio & virtus & fortitudo deo nostro in sæcula sæculorum.

281 **Ioachim** abbatis hæresis fuit anno. 1172. sub Frederico. 1. & Alexandro. 3. quod essentia generat essentiam, sicut deus generat deum, & sic dicitur extra de sum. trini. damnatus & reprobatus libellum seu tractatum quem abbas Ioachim edidit contra magistrum Petrum Lombardum de vnitatis seu essentia trinitatis, appellans eum hæreticum & insanum. Et infra. Si quis igitur sententiam vel doctrinam præfati Ioachim defendere vel approbare presumpserit, eam quam hæreticus euitetur. Verum postea fuit paratus se corrigi, & sic quamuis non sit hæreticus, tamen dicta eius sunt hæreticalia.

**Iouinianiste** a quodā Iouiniano monacho dicti, nullas nuptiarum & virginum esse distantias asserentes. Et Hic

rony, duos lib. cōtra Iouin. scripsit, & vt refert in. 1. Præceptor meus Gregorius Nazian, virginitatem & nuptias differens græcis versibus explicauit. Et secundum Aug. in de hære. Hi omnia peccata sua sicut stoici philosophi paria esse dicebāt. Et Iouinianus virginitatem Mariæ destruebat, dicens eam pariendo fuisse corruptam. Cito tamen hæc hæresis oppressa est, nec vsque ad deceptionem aliquorum sacerdotum, peruenire potuit. Et dixit quod baptizati non possunt tentari a diabolo. Beatus Thomas in trac. contra detrahentes reli. ca pi. 6. dicit. Sciendum est hæreticum quendam fuisse Romæ, antiquis temporibus, Iouinianum nomine, qui in hunc errorem lapsus est, vt diceret omnium baptizatorum, qui suum baptisma seruauerūt, vnam in regno cælorum esse remunerationem, ex quo infantū processit, vt diceret virgines, viduas, & maritatas, quæ semel in Christo fuerunt lotæ, si non discrepent cæteris operibus, eiusdem meriti esse, & quod inter abstinentiam ciborum & perceptionem eorum cum gratiarum actione, nulla esset differentia, matrimonium per hoc virginitati adæquans, in quo consilium de virginitate seruanda eua cuabat, vnde positio ista pro hæresi damnata est, vt dicit Augustinus, & Tho. 3. contra gen. ca. 37.

**Isini** sunt hæretici in India, sectam per se habentes, & pro maiori parte degunt in Aegypto sub dominio Soldani. Et quando eorum infantes baptizantur, presbyteri ex tunc in frontibus scindunt crucem cum ferro candido & acuto.

**Itatius** episcopus Priscillianista, de quo in. 4. li. dialo. Seueri de vita. s. Martini, dū synodus apud Treuerim celebraretur per Maximum imperatorem, consiliis sacerdotum corruptum, quod. f. imperator ex episcoporum sententia decreuerat armatos ad Hispanias mittere contra Priscillia. hæreticos, ad inquirendum & perdendum eos, ad quorum communionem Martinus noluit ire, sed post ea necessitate compulsus, non spiritu, ad horam communionem inuit, satius æstimandum ad horam cedere, quam his non consulere, quorum ceruicibus gladius imminebat, nec communionem illam subscriptione firmare voluit. Altera die Martinus de Treueri recessit, moestus, ingemiscens se ad horam noxiæ communioni fuisse permixtum. Astitit ei angelus. Merito, inquit, compungeris, repara virtutem ne iam non periculum gloriæ, sed salutis incurras. Itaque ab illo tempore satis cauit illa Itatianæ partis communioni permisceri. Itatius & Vrsatius episcopi accusatores Priscilliani, secundum Sigibertum, communioni ecclesie priuantur ab episcopis nefas esse dicentibus cuiuscunque modi hominem episcoporum accusatione necari, & maxime imperatores & aliquos

bus episcopis Itatium & Vrsatium defendentibus. Et hac de causa sanctus Martinus a Maximo molestat, quia volebat comunicare Itatianis, vix tamē obrinuit vt Priscillianistæ nō occiderentur. Hinc dicuntur Itatiani hæretici. De Itatio quære in Priscilliano.

**Judas** Iscarioth, primus hæreticus & apostata. Hieroni. super Mat. thæum. Miser Judas ea infidelitate, qua dominum tradidit, putabat signa quæ viderat facere saluatorem, nō maiestate diuina, sed facta magicis artibus. Et primo li. hist. tripar. capitulo. 13. Contristamur de eorum hæreticorum perditione, & maxime quia ipsi alii quando quæ ecclesiæ sunt audierunt, & ab eis profus exilierunt, nō tamen hoc admiramur, hoc enim Hymenæus & Philetus passi sunt: & ante eos Judas cum esset secutus saluatorem, postea proditor factus est apostata, & iste periit sicut & alter Judas, de quo Actuum. 5. Exiit Judas galilæus in diebus professionis, & auertit populū post se, & ipse periit & omnes quorquot consenserunt ei, dispersi sunt.

**Judæi** quanuis non proprie sint hæretici, quia in iure can. distincta est rubri. de Iudæis a rub. de hæreti. tamen vt dicit Tho. 2. 2. q. 2. ar. 5. infidelitas Iudæorum potest dici hæresis, in quantum reniti tur fidei Christianæ susceptæ in figura, quia susceperunt figuram fidei dei euangelii in veteri lege, quam male interpretâtes corrumpunt. Et Aug. in ser. aduersus quinque hæreses, Iudæos inter hæreticos ponit. Et Orig. in homil. super Mat. loquens de falsis prophetis per quos multi in perditionem abominabilem abierunt, dicit qui primo in Iudæa apparuerunt, &c. Et Iudæorum hæreses sunt, quia nouum testamentum respuunt, articulos fidei nisi creationis nō credunt. Christum dicunt fuisse purum hominem & prophetam fallacem, & Messiam in lege promissum venturum expectâtes. Hinc est quod papa punit Iudæos si contra legem faciunt in moralibus quæ immutabilia perseverant, & si contra legem suam hæreses docerent. Hac ratione moti Grego. nonus & Innocen. 4. mandauerūt comburi librum quem Iudæi vocant Talmud, in quo multæ hæreses continentur. Isid. 8. li. etym. de hæresibus Iudæorū, aliqui dicuntur Sadducæi, Morbonæi, Meristæi, &c.

**Iulius** episcopus tempore Constantini Magni, discipulus fuit Arrii, & eius dogmatum insectator, anathematizatus cū magna cohorte episcoporum Arrianorum, & per Alexandrinum Constantinopol. Inæqualitatem diuinitatis posuit, alii eius errores scripti sunt. 1. li. hist. tripar. c. 13.

**Iulianus** Pelagianus, circa annū. 399. sub Arcadio imperatore & Innocentio primo, contra quæ præfertim & contra alios

**Pelagia.** s. Augustinus scripsit hypenosticon continentem sex libros speciales, ista in Pelagio. Hic Iulianus episcopus Cāpanus, vir acris igenii, in diuinis scripturis doctus, priusquam impietate Pelagii in se aperiret, clarus in doctoribus ecclesie fuit, postea vero hæresim Pelagii defendere nisus, scripsit aduersus Aug. impugnatores eius li. quatuor. Hic Iulianus elemosynis tempore famis & angustie indigentibus omnibus erogatis, hæresi suæ sociauit. Moritur Constantino filio Valentiniani regnante, secundum Gennadium.

**Iulianus** apostata, anno. 353. sub Liberio papa, monachus fuit & magnæ religionis simulator, & secundum Ioan. Belet in summa de offi. ecclesie, fur fuit & sceleratissimus a pueritia in arte magica instructus, sublimatus ad imperium, factus est apostata, signum crucis vbique destruxit, Christianorum persecutor, defuncto Constantio, Cæsar appellatus est, episcopos Arrianos de exilio reuocauit, paganis fauit, clericis insidiabatur, martyres fecit, Christianos Galilæos appellauit, contra quem Basilius scripsit libros fortiss. Similiter contra eundem scripsit Grego. Nazia. Et tam diuinā quā humanam Christianis introduxit philosophiam. De quo sic dicit Gotfridus Viterb. in chro. sua.

Clericus imperium suscepit apostata Romæ,  
Cui Iulianus erat baptismatis ordine nomen.

Ille scelus patriæ prauus vbique fouet,

De morte eius vide in. 6. li. histo. tri. & post mortem eius exultantes clamabāt Christiani. Maxime fatue vbisunt tua varicinia, vicit deus & Christus eius. Sanctus Iulianus, cognomento Saba, angeli cam vitam in terra ducens, ista prædixit ministris eius, ferus sacrę vineę deuastator, pœnas exactus est vastatiōis suæ, iacetque mortuus terroribus minisq; frustratus. Et sophista Iuliani dixit cuidā Christiano. Quid putas nunc facit fabri filius? At ille, Sepulchrum parat Iuliano. Gotfridus vbi supra.

O Nazarene vicisti magne minorem,

Ecce triumphanti proprium tibi trado cruorem.

Sic miser interiit, & tetra regna fouens.

Et quia gladio Iulianus Christianos ad occidendum persequabatur, læcæ sancti martyris Mercurii perit. Iuste quidem, quod Pigmentii presbyterum qui eum a pueronutruuit sacris literis, in Tibertim Romæ pro Christiani fide necauit.

**Iustina** imperatrix Arriana, persecutrix catholicorum, & præcipue persequabatur sanctum Ambro. anno. 364. tempore



Valentiniani imperatoris & Damasi papæ. Vide in vita sancti Am-  
bro. D: ista Iustina dicitur. ii. lib. ec. histo. quod fuit mater Valenti-  
niani imperatoris, Arrianæ hæreseos alumna, & conturbare cœpit  
ecclesiarum statum, & comminari sacerdotibus exilia, nisi reuocarēt  
decreta concilii Ariminensis.

230 **L** Amperiani, hic iactabant esse apostolicos & de ordine  
apostolorum, & quod omnia vota quæcun-  
que etiam vitari deberent, prorsus tolli affirmabant. Et horū  
fundamentum sanctorum patrum obseruationi est contrarium, &  
cum Ioanne v uicless concurrunt.

hic hæreticus fecit libros quos ecclesia vitandos prohi-  
bit. distin. 15. Sancta Romana.

231 **L** Leoniste, a Leone quarto imperatore Constantini hæretici filio  
dicuntur, secundum quosdam, qui Leo coronam cuius-  
dam ecclesiæ abstulit & capiti suo imposuit, & correptus febri spiri-  
tum mox exhalauit, de quibus. C. de hære. l. Gazaros. damnatur per  
petua infamia &c. Leonistæ in parte coincidunt cum Catharris, con-  
tra quos scripsit F. Rainerus or. præ.

233 **L** Libanius in Antiochia pedagogus adolescentium habitabat, sa-  
mosiss. sophista & impius, expectans Iuliani uictoriam,  
Interrogauit pedagogum, quasi nostram deridendo religionem.  
Nūc, inquit, fabri filius quid putas ait? At ille, quod post paululum  
contigit, completus gratia diuina prædixit. O sophista, creator om-  
nium, quem tu fabri filium nominasti, locellum sepulturæ Iuliano  
componit. Post paucos enim dies, mors illius erronei annunciat, &  
in loco locello positus est. Hic Libanius lamenationis librum Iu-  
liano conscripsit, in quo meminit librorum quos cōtra. Christianos  
ædiderat Iulianus. Hic callidus memoria Iuliani librorum Christia-  
nam lacerat religionem.

234 **L** Licinius sub Constantino imperatore fuit, cum prius sectator  
dogmatis Christiani voluntate mutata in paganitatem  
conuersus, persecutor ecclesiæ & sacerdotum, & nouis erat Christia-  
nis infensus. i. lib. hist. tri. cap. 8.

235 **L** Liberius anno. 353. tempore Constantii, primo catholicus fuit &  
feruide contra Arrianos processit, & a Constantio mitti  
tur in exilium, & Felix in papam ordinatur, qui amplius Arrianos  
expugnauit, adeo ut Arriani Constantium rogarent ut Liberius  
restitueretur, tanquam eis magis fauorabilis. Et sic Liberius fuit re-  
uocatus & Felix deiectus, sed quia Liberius Arrianis fauebat, ideo  
Felix cum catholicis eum admonitum & contumacem tanquam hæ-



reticum de ecclesia eiecerunt, & Felix fuit reassumptus. Hierony. Li  
berius tædio victus exilli, & in hæretica prauitate subscribens, Ro  
mam quasi victor intrauerat.

**Lucilla** Africana, Donati hæretici adiutrix, cuius opibus Dona  
tus per Africam, vt infelices quosque fetibus pollueret  
aquis, adiutus est, & sic duplex sexus vtrūque supplantat. Hæc Hie  
ro. ad Ctesiphontem aduersus Plagiañ.

**Lucius** episcopus orientalis, sectator prauitatis Arrianæ, dixit  
quod filius suam substantiam non nouit sicut est, propter  
nos enim factus est, vt nos per eum tanquam per instrumentū crea  
ret deus, & nequaquam substetisset, nisi nos deus facere voluisset. Et  
omnia docuit quæ Caponius & alter quidam Arrius, vt habetur. i.  
lib. histo. tri. capi. 13. Rubertus Tuitien. super Apocalip. dicit. Mirabi  
lis Petrus Alexandrinus, tragœdias illorum temporum deplorans  
dicit. Lucius quasi successor mihi expulso deiectus, lupi nequitiam  
& actus habere festinans, diabolicę impietatis socius, indiuisus armi  
ger, amarissimus & minister eius, collecta multitudine populorum  
presbyteros atque diaconos decem & nouem numero comprehen  
dens tãquam captos in quodã crimine, & Romanorum inimicos le  
gibus coartabat, quorū corpora insepulta relicta sunt. De hoc li. 7.  
hist. trip. ca. 40. Ruffinus dicit eo tẽpore Lucius Arrianæ partis epi  
scopus, post fugas ciuium & exilium, post cędes & tormenta flamas  
que, quibus innumeros condēnauit, ad monasteria furoris sui arma  
conuertit, vastat eremum, & bella quiescentibus inducit, tria milia  
simul vel amplius viros per totam eremum dispersos aggredi trãf  
mittit armatam manum. Et illi e contra gladiis obiectabãt ceruices,  
& nihil aliud dicebant nisi amice ad quid venisti?

**Luciferiani**, a Lucifero Smyrnę ep̄o orti, qui ep̄os catholi. qui in  
stante persecutione p̄fidia Arrianorū consentiētes  
erant, & postea correcti in cathedram redire elegerunt damnantes,  
quod prius crediderunt siue quod credidisse dissimulauerunt, quos  
ecclesia catholica materno recepit sinu, tanquã Petrum post fletū ne  
gatiōis. Hanc illi matris charitatē superbe accipiētes eos recipere no  
lentes, ab ecclesię cōione recesserunt, & cū ipso Lucifero autore, qui  
mane oriebatur cadere meruerunt. Et. 24. q. 1. aduocauit, vbi dicitur  
ex verbis Ambro. Lucifer se a nostra cōione diuiserat, quãquã pro  
fide exulasset & fidei suę reliquisset hæredes, nō putauit tamē. f. Sary  
rus fidem esse in scismate. De hoc Euse. lib. 10. capit. 29. Dicunt etiam  
deum in Luciferi deiectione peccasse, quod impugnat Tho. 1. contra  
gen. capitu. 26. Dixit etiam Lucifer, quod laicus veniens ab Arria

nis debet recipi pœnitens, non autem clericus pœnitens, quasi laici & clericus non haberet vnum christum. De hoc Lucifero fecit librum Hiero. qui dicitur altercatio Luciferiani & orthodoxi. Et gl. Leui. 13. Luciferiani dicunt animam de carnis substantia propagatam.

**Luteriani**, a quodam Martino luter nuncupati, & hic est debitus ordo, quia post Luciferianos subsequitur Luteriani, nam Luter cum Lucifero de luto fecis paratus est cum suis satellitibus suscitare sopitas hèreses. de Luterianis in. 4. li. specialiter & finaliter differendum est, & isti exorti sunt tempore Maximiliani imperatoris & Leonis. 10. papæ. Ex multis erroribus Luteri, istos paucos extraxi, videlicet. Recens est inuentio sacramentorum. Sacramentum ordinis ecclesia Christi ignorat. Omnes Christiani habent eandem potestatem in verbo & sacramento quocunque. Omnes Christiani sunt sacerdotes. Confirmatio & extrema vnctio, non sunt sacramenta a Christo instituta. Manifestus est error missam applicare seu offerre pro peccatis, pro satisfactionibus, pro defunctis, &c. Negare laicis vtramque speciem, est impium & tyrannicum. Credo firmiter panem esse corpus christi. Matrimonium non est sacramentum diuinitus institutum. Suadendum vt vota omnia tollentur aut vitentur. Christus nunquam peccatores coegit timore ad pœnitentiam. Confessio quæ nunc agitur occulte in aurem, nullo potest diuino iure reprobari. Quilibet sacerdos debet absolueret a pœna & culpa, aut peccat. Iustus in omni opere bono peccat. Scriptura diuina prorsus tota nihil habet de purgatorio, &c.

**Mahometus** genere Arabs pseudopropheta, inter hæreticos ponitur, illud enim quod in principio per Arrium seductor, diabolus non potuit perficere, hoc per Mahometum adimpleuit, omne Arrianorum venenū quod diabolus in aliis sparsim disseminauit, in Mahometum comprehensum euomit. Hic mercator fuit vilissimus, princeps latronum, nuntius satanæ, præcursor Antichristi, complementum totius falsitatis, & hæresum. Hic cum Sabelio negat trinitatem, cum Arrio & Eunomio supponit Christum esse creaturam, deum Christum dicere, ridiculum putat, cum Carpocrate persuadet Christū neque deum, sed sanctum prophetam, cum Cerdonio affirmat impossibile esse deū habere filium, ob hoc quod uxorem non habet, cum Manichæis Christum nō fuisse crucifixum, sed alium illi similem. Negat omnia ecclesiæ mysteria, quæ ab Christi passione efficaciam habent cum Donatistis, dicit dæmones saluari per Alcoranum cum Origenistis, cum Antropomorphitis cōmuni.

nicant, qui deum corporalem asserunt, vltimam felicitatem ponit in voluptatibus cum Cherinto, circuncisionem admittit cum Ebionitis, & sic de aliis erroribus quos ponit F. Richar. Ord. Præd. in li. qui dicitur confutatio legis Mahometicæ, & Pius. 2. in epistola ad Mahometum Turcorum principem, & vt dicit Gabriel de Bareleta Ord. Præd. Mahometus permittit sectatoribus suis quod a finis & porcis conuenit, quod etiam reprobatur Auicenna eiusdem sectæ. 2. meta. Et era Mahometi incœpit anno. 622. sub Bonifacio quinto & Eraclio imperatore. Alber. super illud Apoc. 2. Permittitis mulierem Iezabelis &c. dicit quod ista Iezabel fuit quædam mulier sic vocata in illa ecclesia quæ fuit vxor episcopi, & per hanc introducta hæresis Mahometi, sicut illa Iezabel introduxit Baal inter filios Israel, & sicut illa præcepit interfici prophetas domini, sic lex illa præcepit quod interficeretur qui prædicaret illam. Et Io. de Turrecrem. fecit trac. contra Maho. similiter F. Georgius de Vngaria Ord. nostri fecit librum de ritibus Turcorum, continentem, viginti tria, capitula. Romæ habetur super Mineruam.

**Macharius** episcopus Antiochenus, qui primus autor & inuentor fuit huius hæresis, quod in Christo esset dūtaxat vna voluntas & operatio, qui in sexta synodo constantinopol. cum suis complicibus damnatus fuit. Di. 16. prima autem.

**Macedoniani** anno. 373. sub Liberio & Constantio, a Macedonio episcopo Constantinopol. dicti sunt, negantes deū esse spiritum sanctum, & quod spiritus sanctus est minister patris & filii, & alii errores eorum, & tormenta, quæ Macedonius exercuerat in orthodoxos, ponuntur. 10. li. hi. tri. c. 31. & secunda synodus sub Theodosio seniore in Constantinopoli congregata Macedonium condēnauit, distinctione decima quinta, capitulo Canones, & pri. quæstione prima, capitulo Eos illi, scilicet Macedoniani, creaturam & seruuum dei patris & filii spiritum sanctum delirando fatentur, de consecratione distinctione quarta, capitulo Hi vero. Isti spiritum sanctū paruulum hominem mōtanum credunt. De hoc Augustinus in de hæresi. & Hieronimus super Oseæ. nono. Qui iactat se nosse deum & non spiritum sanctum, regitur non a deo, sed a dæmonio in diuersas partes circumferetur, dicens dei filium creaturam, spiritum sanctum negans esse deum, illi venerunt dies visitationis & retributionis. Contra Macedonianos, Faustus episcopus librum conscriptum fecit.

**Marcellus** Anciræ Galatiæ episcopus, purum hominem sicut Paulus Samosetanus præsumpsit dominum Christū.

Hoc cognoscentes episcopi in Hierosolymis congregati, cum comperientes Samosetani dogmate maculatum librum suum incendio tradere iusserunt, ab episcopatu quoque cum deposuerunt, in cuius locum Basilium in Anciram duxerunt. Tertio libro histo. tripart. capitulo nono. Hinc appellati sunt Marcelliani. C. de hære.

**Mammoluci**, qui relicto dogmate Christiano, ad Saracenos & Mahometistas migrâr, nostram legem iniquam asserentes, Turcorum initiantur sacrilegiis, & qui trinitatem prædicabant, nunc detestantur, homines ambitiosi, quibus nullus erat locus in lege nostra, & a nobis eieci tanquam vilia mancipia, de luce auersi ad mammonam, quærentes ditari a Turcis, & ut dicitur C. de apostatis. I. hi qui sanctam fidem perdidierunt, & baptisma hæretica superstitione, profanauerunt, a consortio omnium sequestrati sunt, & idem de transeuntibus ad Iudæos, de hære. libro sexto, capitulo cõtra Christianos, & in Cle. de Iu. & Sar. dicitur. Cedit in offensam diuini nominis & opprobrium fidei Christianæ, cum Christianis habitât Saraceni, & idem determinat Gregorius. II. in extra. Ad modum dolenter audiuius & nar. & c. & dicit Alexand. de Ales, quod ille qui osculatur sepulchrum Mahometi, vel aliquid facit ad eius venerationem sicut alii infideles, & ita profitetur & credit, est apostata & hæreticus & excommunicatus, & non potest absolui nisi a papa.

**Magici** seu necromantici, vel dæmonum inuocatores idem sunt, & secundū Nico. Emerici sic cognoscuntur, habent enim vt communius ex visione, aut apparitione, vel colloctione malorum spirituum, tortuum visum & obliquum, ponuntque se ad diuinandum de futuris, quæ dependent ex mera dei voluntate, & frequenter sunt astrologi vel alchimistæ, & quando non possunt peringere ad finem quem intendunt, quærunt dæmoniorum auxilium. Et dicit Ioannes Gerson in de examine doctrinarum. Theologizat aliquando dæmon, vt ait Climachus, & addit. Nam homo arrogas seipsum ducem sui constituens, non indiget dæmone tentante, quia est factus sibi ipsi dæmon. Et Gerson de distinctione visionum. Vera rum a falsis dicit plerunque cadunt magici in insaniam, & vultus oculorumque horrorem terrificum patiuntur. Vnde dæmones inuocare, est apostasia a fide & hæresis, hoc tenent in secundisenten. Alber. Petrus de Tar. Guido de Carmelo, & in iure Io. monachi, & idem Barchol. Raimundi extra de hære. accusatus lib. 6. & similiter Lap. & secundum Dominicum Geminanum concilio suo. 54. si con iuratio dæmoni facta ad malum, credens ipsum habere a se potestas

tem operãdi aliquid principaliter: tunc puto hoc sapere manifestam hæresim, quia tribuit potestatem dei dæmonio. De hoc Deutero. 13. Et episcopi eorumque ministri omnibus modis laborare studeant, vt perniciosam & a Zabulo inuentam fortilegam & magicam artem ex suis parochiis penitus eradicent, vt dicitur vigesima sexta, quæst. 5. episcopi.

**Manes Persa.** anno. 266. sub Claudio Quintilio & Dionysio papa, a quo Manichæi, vir callidus & diabolicus, moribus, & vita Barbarus, & prius Urbicus vocabatur, & se Christum profiteri ausus est, duo suis sequacibus principia esse affirmabat. Vnum boni & lucis, Alterum mali & tenebrarum, testamentum vetus respuens, nouum recipiens. Et Guilihermus Altisi, in secundo libro dicit contra omnem hæresim quæ non recipit vetus testamentum, est illa autoritas domini in euang. habent Mosen & prophetas, audiant illos. De isto Persa facit mentionem Augustinus in libro. 90. quæstionum, & Leo papa, & Euseb. libro septimo, capitulo vigesimo octauo, dicit quo tempore Manes quidam, secundum nomen insaniens, & instinctu dæmonis agitatus, inuisam & execrabilem hominibus hæresim docet, tam acer ingenio vt insanix vel dæmone adimpleri videretur, nunc Christi se gerere formam conabatur ostendere, nunc ipsum paraclatum se esse prædicabat, duodecim discipulos eligendo ad prædicandum mittebat.

**Manichæi,** vel Manantes, a Manete secundum Hieronim. anno 264. regnante Probo imperatore, insana Manichæorum hæresis exorta est. Dicit Augusti. de hæresi. In Græcia discipuli eius nomen insanix quasi doctiores, & coipso mendaciores, vitantes geminata n Mannichæum quasi manna fundentem, pro Manichæo, id est insano, appellauerunt. Item Titus Bostrenus episcopus, sub Iuliano & Iouiniano principibus, fortes contra Manichæos scripsit libros. Et Ioan. de Turre crem. ad mandatum Pii secundi col legit tractatum quinquaginta veritatum, contra quinquaginta errores Manichæorum. Et Manichæi coniugium detestantur, distinctio netrigesima, capitulo. Illud autem. Et Hierony. Impiissimum Manichæum nominare pollurio est. Et secundum eundem super Iohalem. Ieiunia Manichæorum deo non placent. Vnde Manichæus vanitate Luciferi seductus, adeo delirauit vt se spiritū sanctum a deo missum assereret. Hic duas naturas introduxit. i. bonā & malam. Et Manichæi animas ex deo quasi ex aliquo fonte manare asserūt. Dicunt nihil in nobis positum esse. Negant liberum arbitriū, nec posse iuuare ad sa

lutem, contra illud Apostoli. Gratia eius in me vacua non fuit. Po-  
nunt summum malum quod est principium omnium malorum, &  
quod omnia corporalia creata sunt a deo tenebrarū, & quod deus  
est quædam lux corporea, & animam dixerūt partem illius lucis cor-  
pori alligatam, & quod dæmones sunt naturaliter mali, & fantasiam  
esse dicūt, quod dicitur Iesum Christum forniceo posse nasci vtero.  
Non enim dignum est, inquiunt, quod tanta maiestas per sordes &  
squalores fornice transisse credatur. Alias hæreses, vide in tabula  
Petri de Pargamo circa opera beati Tho. Et propter Manichæos, s.  
Petrus ordinis nostri martyrizatus est, & Manichæi multiplicati fue-  
runt qui sanctum Augu. multum fatigabant, contra quos scripsit  
Aug. li. & Syricus papa Manichæos in vrbe iuenit, quos exilio dā-  
nauit, & cōtra Manichæum scripsit Archilochus Mesopotamiæ epi-  
scopus, & Vlricus de Argentina in. 2. li. trac. 2. Stultissima est hære-  
sis Manichæorum, quæ dicit aliud esse principium corruptibiliū, aliud  
in corruptibilem, omnes enim philosophi præsupponebant eadem  
esse principia vtrorūque. Multo autem inconuenientius dicunt duo  
esse principia, boni & mali, quia malū non est existens, nec in existen-  
tibus, vt dicit Dion. & priuatio & non ens incidunt præter intentio-  
nem agentis. Et secundū Thomasinum ordi. nostri. Manichæi dānāt  
Io. bap. quia in Christum non credidit, eo quod misit duos discipu-  
los cum esset in vinculis, dicens. Tu quis es? Si, inquiunt, bonus fuis-  
set, in Christum vtique credidisset. Et ergo de cele. miss. in quadā di-  
citur. Alii non fuisse Christum verum hominē, sed fantasticum, vt  
impii Manichæi, & damnantur in prima synodo Bracarensi.

**Marrani** dudum in certis locis regnorum Hispaniarum, fuerunt  
in multis articulis iudaizantes, contra quos ex commis-  
sione Christianiss. regis Hispaniarum Ferdinandi & conthoralis suæ  
Elisabet, tempore Alexan. sexti, infiniti labores facti sunt per Patres  
Ord. nostri, & facta fuit inquisitio solenniissima qualis nunquam an-  
tea fuit, & dispersi & persecuti sunt filii Belial.

**Maronitæ**, a quodam magistro suo hæretico, nomine Marō, qui  
vnam duntaxat in Christo voluntatem asserbat &  
operationem. Hanc imitati hæresim Maronitæ per quingētos annos  
a consortio fidelium fuerunt exclusi, & Chaldaicæ vel Saracenicæ lin-  
guæ vtuntur. Tandem diuina inspiratione redeuntes ad cor, & se er-  
rasse confitentes, hæresi abiurata in manus Emerici Antiocheni pa-  
triarchæ Ro. ecclesiæ obedientia facta, sunt adnumerati, & ad vnitatē  
fidei reuersi, vnde eorum patriarcha generali interfuit cōcilio Romæ  
sub Innocentio tertio celebrato.

**Martiniani** hæretici, nostris temporibus orti a quodā Martino Luther, qui recte a Marte deo belli diabolini appellationem traxit, non a Martino viro dei, qui ab hæreticis a multis locis legitur expulsus. Et tamen profani erroris templa destruxit, cui & digne Arrianorum subiucuit feritas. Hi Martiniani sunt q̄ & Luteriani, quære in locis suis, & signanter in quarto libro. 240

**Maronini** hæretici, habētes per se sectam inter alios Christianos & Saracenos dispersi, & pro maiori parte habent se ad modum Nestorianorum, sed non circunciduntur, & quæcunque agunt vel agere incipiunt, semper dicunt, In nomine dei & trium beatorum regum. 241

**Marcus** hæreticus, de quo Euse. 4. li. capitulo. i. 5. & 8. & Irenæus in libro contra hære. Hic fuit artibus magicis imbutus, & baptizauit hæretice homines. In nomine ignoti patris omnium, & in veritate omnium matre, & in eo qui descendit in Iesum. Quidā tale etiam ipse de Eonibus, sicut Valentinus affirmans. Hinc dicitur Marcitæ. Augu. in li. de hære. Marcus negat resurrectionem carnis, & Christum non vere sed putatiue passum asserit. Duo principia contraria opinatur. Hiero. ad Theodoram in epistaphio Lucini. Refert Irenæus apostolorum tempore & Papię audioris Ioan. euan. ge. discipulus, episcopus Lugd. quod Marcus quidā de Basilidis Gnostici stirpe descendens, primum ad Gallias venerit, & eas partes per quas Rhodanus & Garumna fluunt sua doctrina maculauerit, maximeque nobiles fœminas, quædam in occulto mysteria repromittēs, hoc errore seduxerit magicis artibus. 242

**Martyriani** secundum Epiphanium tenent eandem hæresim cū Psallianis. Quære ibidem. 243

**Martionistæ**, vel Martionitæ. Anno. 148. sub Antonio pio & Igino papa, de quibus Isi. a Martio stoico philosopho, qui Cerdonis dogma secutus, alterum bonum, alterum iustum deum asseruit, tanquam duo principia creationis & bonitatis. Et quod est deus qui non punit, & est bonus deus, Alius qui punit, vt deus iustus. Idem sentit Valentinus, & hoc reprobatur Tho. 3. cōtra gen. de quo sic dicit Beda Polycarpus Martioni cum aliquando occurrit, & dicente sibi, Agnosce nos. Respondit, quia agnosco primogenitum satanæ. Contra Martionem Philippus Creten. librum scripsit, similiter Modestus & Irenæus & Hippolytus episcopus Africanus & Epiphanium dicit eum tria principia asseruisse, bonum, iustum, prauū. Et dicit Greg. Turon. i. li. hist. quod sub Antonini imperio hæresis Martionita exurrexit. Et Rhodon Asianus aduersus Martionem opus se 244

cit. Et glo. Esa. 44. Confundetur Martiō duos deos intelligens, vñs bonum, alterum iniustum, vnum visibilium, alterum invisibilium conditorem. Quorum primus lucem faciat, Secundus tenebras. Ille pacem, ille malum, tum vtrunque pro diuersitate meritōrum, vñs deus idemque condiderit, & i. q. i. Martion & Basilides, & cæteris hæreticorum pestes non habent euangelium, quia non habēt spiritum sanctum, & Martion doctus fuit, vt infra dicitur in Valentino. Glo. Ezech. 8. Non ignoramus Martionem & alios hæreticos qui vetus laniant testamentum contempto creatore. & c. Et Hiero. ad Ctesiphōtem aduersus Pelag. Martion Romam præmisit mulierem, quæ decipiendos sibi animos præpararet. Glo. Exodi. 4. Martion & Valentinus & omnes contra creatorem disputantes, varia loquūtur, frequēter tamen audimus, vt contradicamus, sed non recipimus, quia illorum os diabolus aperit. Dignetur dominus aperire os nostrum, vt possimus contradicentē reficere, & obdurare os quod diabolus aperit. Et Hiero. in prologo ad Titum. Licet non sint digni fide, qui fidē primam irritam fecerunt. Martionem loquor & Basilidem, qui vetus laniant testamentum, tamen eos ex parte aliqua feremus, si saltem in nouo continerent manus. Et non auderent Christi euangēstas & apostolorum epistolas suas fecerunt. Nunc vero & euangēlia eius dissipauerūt & apostolorum epistolas suas fecerunt, & de cæteris epistolis quicquid contrarium suo dogmati viderent, eraserunt, & epistolam ad Timo. ad Hebræ. & ad Titum, repudiandas crediderunt. Et secundū eandem super septimo libro, capitulo decimo octauo in Esaia. Martionistæ cum recipiant prouidentiam, accusant creatorem, & asserunt eum in plerisque operibus errasse, & nō ita fecisse sicut facere deberat. Sic Iustinus philosophus pro religione Christi multum laborauit & contra Martionē insignia volumina scripsit, similiter & Theophilus Antiochenus librum contra eum composuit, & Sabbatius Gallicanæ ecclesiæ episcopus composuit librū de fide aduersus Martionem & Valentinum eius autorem, & Hieronym. super Ecclesiasten. 8. Martion & Valentinus melioris se esse dicunt naturæ, quam conditor est.

**Marinus** a Tracia vocatus ab Arrianis, quem multi sequebantur, dicentes patrem esse patrem, etiam filio non existēte, vocabantur enim isti Pateriani, eo quod quidam Theotistis Syrus genere psatira, id est duplicia vendens, hanc propositionem valde defenderit, hosque secutus est Selenas Gothorum episcopus, & hæc dicta est hæresis Pfaritorum, ex nono libro histo. tripart. capitulo quadagesimo.



**Macrianus**, de quo Euse. lib. 7. cap. 21. & de eodem Diony. quod regnante Galieno, ecclesiæ dei in pace durarunt, & mediis eius temporibus, Macrianus velut nubes quædam tenebrosa & orta, subito regni eius obscurauerat lucem. Quo rursus ad vitam æstiuæ nubis abolito Galienus nomē (vt ipse ait) ex veteri vniuerso mundo. i. claro lumen effulsit.

**Marfilius** Paduanus incidit in diuersas hæreses, quas Ioānes. xxii. damnauit. Et dixit quod papa potest iudicari ab imperatore, & quod presbyteri tantam habent potestatem sicut episcopi, nedum quantam papa, & quod imperator succedit papæ vacante ecclesia, & quod ecclesia & clerici nō possunt habere propriū, & quod post Christum ascendentem, non mansit in terra eius vicarius generalis papa, & sic Christus dimisit ecclesiam sine vicario. Hos errores reprobat Alpharus. i. lib. de planctu ecclesiæ ar. 68.

**Mathematici**, de quibus. C. de eodem ti. & vocantur Planetarii. 26. q. 3. ca. illic. & hos Christiana & vera pietas expellit & damnat secundum Augustinum quarto libro confessio. num. & Glos. Micheæ tertio. Hæretici sunt pseudoprophetae, nō misisti a deo. O hæretici qui mentimini vos habere prophetiam, & imitamini ecclesiam dei, vbi æstimatis visionē, vbi erit nox. Et glosa Esa. 56. Omnes qui ecclesiam deserunt, tradentes se spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, nihil ad deum pertinere credentes, sed stellarum cursu, vel varietate fortunæ omnia gubernari, hi tradentur æternis suppliciis, vt nullus eorum possit euadere.

**Maximinus** Arrianorū episcopus, hic asserbat patrem potētio rem esse filio, eo quod filiū genuit deum creatorē, filius autem non genuit, dicebatque patrem potuisse gignere non filium. Contra quem Augustinus fecit tres libros. Et contra eundem disputat magister sen. in. i. distin. 7.

**Maximianistæ**, primo fuerunt Donatistæ, sed postea a Donatistis discrepare cœperunt, propter quod Donatistæ scismaticos eos appellabant. Contra quos scripsit Augustinus librum vtilissimum.

**Maximus** Donatista fuit, sed postea conuersus fuit ad fidem, ex laico in episcopū est promotus. De quo sic scribit Leo papa in epistola ad Mauros. Episcopus Maximus ex laico reprehensibiliter licet ordinatus, tamen si Donatista iam non est, & a spiritu scismaticæ prauitatis alienus est, ab episcopali quam quoquo modo adeptus est, non repellimus dignitate, ita vt ipso libello ad nos directo catholicum se esse manifestet.

**Maximilla** concurrir cum Montano, anno. 174. sub Commodo principe & Sotero papa. Cōtra quam scribit Melchisedes, teste Hieronymo, ista fuit mulier infano spiritu repleta. Et dicit Euse. 5. lib. cap. 16. Sancti episcopi Zoticus de Cumana & Iulianus de Apamia aggressi cohibere spiritum, qui loquebatur in Maximilla, iusserunt Temollonem obdurare os eius, & excludere vocē falsi & erratici spiritus. Quod & factum est, & coarguēs falsam fuisse Maximillæ prophetiam, quæ bella quamplurima imminere prædixerat. Mortua est mulier ista, & nusquam prorsum vel priuatim, vel publice bellum aliquod exortum est, sed Christianis per dei misericordiam pax iugis & firma perdurauerat. Et idem scribit Apollonius scriptor ecclesiasticus. Et Maximilla & Prisca fuerunt prophetissæ Mōtani, vt infra in Quintilianis. Idem Hieronymus in epistola contra Pelagi.

**Matthias** Bohemus, Orphanorum capitaneus Hussita, in concilio Basiliens. anno. 1433. inter alia in laudem Ioan. Huss combustus inuectiue dixit. Ioannes Huss felicitis recordationis, in honore habetur cuius festum celebratur, quod reprobatur in Vlrico de morauia. Qui enim hæreticos defendit, hæresiarcha est censendus. 24. q. vlti. qui aliorum.

**Maiorinus** Donatista, a Donato ordinatus in episcopum Carthagini, factionis & sectæ Donati, cui Maiorino alius Donatus successit, qui eloquentia sua sic confirmauit hanc hæresim, vt multi existimant propter ipsum potius Donatistas vocari. Isti Donatistæ Romæ vocantur Montenses, quibus hinc ex Africa solent episcopum emittere, aut hinc illuc episcopi eorum pergere, si forte eum ibi ordinare placuisset, vt dicit Aug. in de hære.

**Marcellina** hæretica, hæc colebat imagines Iesu & Pauli & Homeri & Pythagoræ adorando, incensumque ponendo, hæc fuit socia ipsius Carpocratis, a qua sua secta tradita dicitur fuisse secundum Augustinum.

**Medius** sacerdos hæreticus, de quo in origine Bohem. capitu. 12. Hic erat sacerdos Hussitarum vesanæ particeps, qui sacramenta ministravit hæreticis in castro Ioannis Roatii. Adductus fuit ad Pragam, & ibi furcarum quibus damnati poenas dederunt, triplex differentia fuit, sublimior Roatius pendebat, imā tenere latrones circiter nonaginta, mediā sacerdotem arripuit nomine Medium, atque ita Medius in medio furcarum damnatam animam deuotamque satanæ tradidit.

**Melchisedeciani** vocati, pro eo quod Melchisedec sacerdotem deum non hominem fuisse, sed virtutem dei esse arbitrantur. 24. q. 3. quidam. Idem tenet Aug. de hære.

**Melitus** episcopus vnius civitatis Aegyptiorū, anno. 367. qui in persecutione fide negata, sacrificauerat, & sic depositus est & damnatus, multos habuit sequaces, & hæresiarcha factus est eorum. Hic cum suis defendebat Arrium, & ab eo in Aegypto Melitiani vocantur, & ab ecclesia fuerunt segregati. 1. lib. hist. tri. cap. 18. & secundum Augustinum Hi nolunt orare vel operari cum cōuersis. i. cum eis qui in persecutione ceciderunt scisma fecerūt. Nūc autem Arrianis, dicuntur esse coniuncti. Hiero. ad Damasum. Melitium respuo, qui Christi non est, Antichristi est.

**Menas** episcopus, prius catholicus, postea currebat cū Arrianis, verum verbum patris in diuinis negavit, & omnia que Arrius magister iniquitatis, vt dicitur. 1. hist. tri. cap. x.

**Metangi** nominati ideo tale nomen acceperūt, qui tangios græcevas dicitur latine, assererant enim esse in patre filium tanquam vas minus infra vas maius. Vel dicuntur Merangismonitæ, & sic quasi duo corpora carnaliter opinantur, ita vt filius in patrem intret quasi vas minus in vas maius, contra Athana. in symbo. nec maius nec minus.

**Menandriani** a Menandro mago discipulo Simonis magi nuncupati, qui mundum a deo nō creatum, sed ab angelis factum asserunt, vt dicit Isido. & Aug. in de hære. & Euse. 3. lib. dicit, quod ipse fuit Samaritanus, qui veniens Antiochiam quā plurimos per artem magicam decepit, Christum negans, sed ipsum mundi saluatorem destinatum asseruit, incredibilia composuit figmenta, & tādē vno scelere pariter interiit. Et dicit Ignatius in epistola ad Trall. Fugite Menandrum, & totam collectionem malignitatis eius.

**Messalania** quos orantes vocant, & alia appellatione dicuntur Anthyatistæ. i. sacrificatores, isti tamen hæretici cuiusdam dæmonis operationē expectant, & hanc sancti spiritus presentiam arbitrantur, & venerabile sacramentum respuunt. Huius hæresis principes fuerūt Dadofius, Sebas, Hermas &c. quære in locis suis Ex. 7. lib. hist. tri. ca. n. & C. de hære.

**Mitialistæ** apud Latinos sic appellati sunt, qui & Cherintiani dicuntur secundū Isido. & 24. qd. 3. quidam. Ideo sic dicuntur scđm Aug. quia mille ānos post resurrectionē i terreno regno Christi scđm carnalis v̄tris & libidinis appetitū futuros fabulatur.

274 **Miletus**, de hoc Hiero. super epistolam ad Titum. Licet nomen hæreseos Mileti non dicatur a Paulo, tamē opera nominantur. Actu. 29. quādo Paulus loquebatur ad presbyteros ecclesiæ, Ego scio quoniam venient post recessum meum lupi rapa. &c.

274 **Minophantis** Ephesius Arrianus, post obitum Arrii tempore Constantini, cum multis aliis episcopis, qui instar luporū in ecclesiis ingressi sunt, anathematizatus est, nulla enim conuentio lucis ad tenebras. Exo. 4. lib. hist. tri. ca. 24.

276 **Monothelitæ** dicti sunt hæretici, quia tantum vnam in Christo voluntatem & actionem posuerunt, neque duas quæ duabus respondeat naturis, ipso voluntates naturales & actiones. Hæc hæresim Io. Damasc. 3. lib. ca. 14. latissime redarguit, & l. q. 13. conuenientibus. Tharastius archiepiscopus Constantinopo. dixit plures eorum qui in sexta synodo cōuenerunt a Sergio, Pyrrho, Paulo, Petro, ordinati sunt, qui & fuerunt principes hæreseos Monoscelitarum, de his quære in Bonosianis.

277 **Montenses** siue Campates, hi coincidunt cum Circuncellionibus & Donatistis. Sic enim nominat eos Hiero. contra Lucifer. qui dicuntur Christi, non a domino Iesu Christo, sed a quoquam alio nuncupati, & scito nō ecclesiam Christi, sed Antichristi esse synagogam.

278 **Montani** vel Montanistæ. C. de hære. dicti, qui anno. 170. tempo re Commodi imperatoris, & Soteri papæ, in tempore persecutionis in montibus latuerunt, qua occasione se a catholice ecclesiæ corpore diuiserunt. Glo. Esa. 65. Hæretici in specubus dormiunt, qui lumen spiritus sancti relinquentes, & cœnaculum in quo apostoli versabantur, in tenebris diaboli commorantur. Dicti sunt etiam a Montano, qui vt dicit beatus Thomas tertio contra gentiles, capite 154. dicebat prophetas tanquam arreptitios non intellexisse quæ loquebantur, & conueniebant in cauda & in fine æternæ damnationis cum Priscilla. Contra quos arguit in de veritate beatus Thomas, q. 12. capitulo quarto. Et Montanus natione Phrygius, paraclatum se nominauit, ex eo etiam Cataphrygæ hæretici prouenere. Contra Montanū, vt dicit Hieronymus, Melcyades doctissimus libram scripsit, De eo in quinto libro histo. ecclesia. capitulo decimosexto. Et opuscula Montani, Priscillæ & Maximillæ apocripha sunt. distin. 15. sancta. & Serapion episcopus apud Africam, fidei confessione insignis, scripsit epistolam ad Carinum & Pontum de hæresi Montani, Apollonius quoque vir disertissimus aduersus eum volumen ædedit. in quo asserit Montanum & insanos vates eius perisse suspēdio. Et His

ronymus secundo libro contra Iouinianum, Montanus & Nouatus dixerunt, quod qui semel peccarunt, per pœnitentiã non possunt re nouari, quod reprobatur de pœniten. distin. secunda Capi. Si enim. Per diuersa exempla veteris & noui testamenti, quæ hic prætereo. Dicit quoque Hieronymus in epistola ad Cresiphontem, Mōtanus immundi spiritus prædicator, multas ecclesias per Priscam & Maximillam nobiles & opulentas fœminas primum auro corrumpit, dein de hæresi polluit.

**Molonariste** isti communicant cum Marcellianis, & dānati sunt in secunda synodo Constantinopolitana. 279

**Masbuthæus**, unde Masbuthæi hæretici sunt appellati, & fuit vnus primus de septem primis hæreticis, de quibus scribit Euse. 4. li. hist. eccle. 280

**Nazarej** vel Nazoræi dicti, quia dominum Christum qui a vico Nazaræus est appellatus, filium deilicet confiteantur, omnia tamen veteris legis custodiunt, quæ Christiani per apostolicã traditionem non reseruare carnaliter, sed spiritualiter intelligere didicerunt, secundum August. Nouum testamentum respuentes, vetus recipiunt, & coincidunt cum Helonitis in parte, de quibus Tho. 4. contra gen. ca. 57. & dicunt quod fides Christi sine operibus legis non sufficit ad salutem, De hoc Tho. opusculo. 3. 281

**Narciscus** Nerodiadis Ciliciæ, quam nunc Hermopolim vocat, episcopus post mortem Arrii, in eadem perfidia permansit, & propter crimina ei illata, generali decreto sanctum concilium ab episcopatu deposuit, & a fidelium communione. 4. lib. hist. tripar. capitulo. 24. & apostolicis dogmatibus resistebat, Arrium defendendo secundo libro Euse. capitulo quinto. 282

**Neotiani** vel Neotiriani, a quodam Neoto, qui fuit magister Sabellii, anno. 260. qui Christum dicebant eundem esse & patrem & spiritum sanctum, ipsamque trinitatem in officiorum nominibus, & non in personis accipiunt. Contra dicitur de conse. dist. 3 capitulo Fi. Quamuis pater filium genuerit, & ideo filius non sit qui pater est, filiusque a patre sit genitus, & ideo pater non sit qui filius. &c. Vnde & Patripassiani vocantur, quia patrem passum dicunt, secundum Isidorum & Aug. in de hære. 283

**Nestoriani** vel Nestorini vel Nestorani, a Nestorio Constantino. episcopo nicipati. Anno. 424. sub Theodosio & Cælestino, qui beatam virginem nõ dei, sed hominis tantum modo matrem asseruit, vt aliam personã carnis. aliã faceret deitatis 284

nec vnū Christum in verbo dei & carne credidit, sed separatim atq; se-  
 cunctum alterum filium dei, alterū filium hominis prædicauit, &  
 negat Mariam theotocos, i. dei genitricem, sed Christotocon, i. Chri-  
 sti genitricem, & tertia synodus Ephesina ducetorum episcoporum  
 sub iuniorē Theodosio Augusto & sub Cęlestino papa primo hunc  
 Nestorium iusto anathemate condēnauit, ostendens in Christo ma-  
 nere duas naturas, & vnā domini nostri Iesu Christi personā, dist.  
 15. capitulo Canones, & quod Maria Theotocos appelletur. Et Boe-  
 tius in de duabus naturis scribit contra eum, & similiter Theodorus  
 episcopus Ancyranus vt dicit Gennadius, similiter contra eum scri-  
 psit septem libros de incar. domini Cassianus presbyter, & item At-  
 ticus Constantinopol. episcopus, tempore Arcadii imperatoris & Io-  
 an. Antiochenus presbyter, & C. de hære. l. damnato portentuosę su-  
 perstitionis autore Nestorio. Nota congrui nominis eius inuratur, i.  
 imponatur regalibus, i. his qui eū sequuntur, ne appellatione Chri-  
 stianorum abutantur. Item dixit quod natura humana & Christise  
 habebat ad verbum sicut templum quoddam, de hoc 4. lib. contra  
 gen. Et conficiunt Nestoriani in pane fermētato, & sub vtraque spe-  
 cie communicāt sacramentū eucharistię paruulis & adultis. Hi pesti-  
 mi hære. a multis doct. vel prædi. ab eorum hæresi nunquā potuerūt  
 nec adhuc possunt reuocari. Omnibus Christianis in partibus oriēt.  
 sunt exosi & despecti, & eorū hæresis est dilarata per diuersa regna.

**Nepos** episcopus erat in partibus Aegypti, Iudaico intellectu de  
 futuris promissionibus sentiebat, easque corporaliter exhi-  
 bendas docebat, & mille annis in deliciis corporalibus in hac terra  
 sanctos regnatos cum Christo, huiusque sui dogmatis probamē-  
 ta sumptis ex reuelatione Ioannis testimoniis conabarur asserere,  
 de quibus etiam libellos edidit interpretationes huiusmodi continē-  
 tes. Ideo Dion. Alexandrinus de repromissionibus scribens, ad hūc  
 Nepotem stilum suę intentionis conuertit. Euse. li. 7. c. 22.

**Nicolaus** de Calabria oriundus, sed in Hispania conuersatus tē-  
 pore Innocen. vi. Cuius primus error erat quod quidā  
 magnus hæresarcha vocatus Gondissalvus de episcopatu Coxensi  
 oriundus erat, dei filius in cælis æternaliter genitus, licet videretur pa-  
 trem & matrem in terris habuisse. Secundus error, quod talis Gon-  
 dissalvus nunquam moreretur, sed viueret in æternum. Tertius qd  
 spiritus sanctus deberet futuris tēporibus incarnari, & tunc ipse Gō-  
 dissalvus totum mundum conuerteret. Quartus, quod in die iudi-  
 cii Gondissalvus oraret pro omnibus mortuis in peccato mortali &  
 damnatis in inferno, & eius precibus liberarentur & saluarentur.

Quintus, quod in homine sunt tria, Anima quam formauerat deus pater, Corpus quod formatiit deus filius, & Spiritus quem creauit spiritus sanctus, adducens illud, Formauerat deus hominem. &c. Iste hæreses dānatæ sunt solenniter Barchinonæ per F. Nicolaum Emerici & Arnoldum episcopum Barchinonensem.

**Nicolaus** Galeus episcopi, p̄sbyter Bohemus Thaborita & bac calaureus artium, vnus de legatis Bohemorum ad concilium Basiliē. Hic Ioannem & Hiero. Constantiæ combustos, doctores catholicos affirmauit. Et quod doctrina v̄vichleff fuerit Prægæ examinata & vera catholicaque inuenta. Et dixit quod tempore nouæ legis, nullus in iudicio sit occidendus, in quantum possibile sit, ad parcendum sanguini humano, quia nouum test. non dicat. Contra istum arguit in concilio Egidius Calerii, doctor theologiæ decanus Cameracensis. Hæc ex actis concilii Basiliē.

**Nicolaitæ** alias Nicolaitani dicti a Nicolao diacono ecclesiæ Hierosolymorum, qui cum Stephano & cæteris constitutus est a beato Petro Actu. sexto. Hic propter pulchritudinem relinquens uxorem, vt qui vellet, ea vteretur. Contra illud trigesima secunda quæst. Quos deus coniunxit, homo non separet. Et versa est in stuprum talis consuetudo, vt inuicem coniugia commutarentur. Quos Ioan. Apocalip. secundo improbat, dicens. Hoc habes quod odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. Dixerunt enim quod omnia deberent esse communia inter Christianos, & finalem beatitudinem posuerant voluptatem a Nicolao corruptore propriæ carnis. De illo multa alia narrat Augustinus in de hære. & Clæmens Alexandrinus in. 3. lib. stromatum, quæ sunt opera varie contexta, de eo scribit. Hic uxorem habuit, & post ascensionem domini cum increparetur ab apostolis tanquam de zelotypiæ iniuria, productam in medio uxorem suam, si quis eam vellet habere permisit. Ignatius in epistola ad Trall. Fugite illos immundissimos Nicolaitas amatores libidinis, malos calumniatores, nam fuit apostolorum minister Nicolaus. Et Hieronymus in epistola de Fabiano lapso, Iste Nicolaus diaconus, ita immundus quod etiam in præsepe domini nefas perpetravit. Rubertus abbas Tuitiē. super Apocalip. Nicolaitæ portant vasa domini, nihilominus incontinentes sunt, non volentes legitimum habere coniugium, vt pote legibus ecclesiasticis interdictum, immo & in deterius prorumpunt mutant connubia quoties volunt, & qui nullum habent thorum licitum, dum sic euagantur nullum confidunt rupisse coniugii vinculum. Fornicantur autem cum illis & inicianur Beelphegor, quæcunque exem-



plo talium ad incesta vel adulteria audaces sunt. Hierony. ad Ctesiphontem. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum reparator, choros duxit femineos.

289 **Nyctages**, a somno nuncupati, quod vigilias noctis respuant, su-  
 182 perstitutionem esse dicentes iura temerari diuina, quæ  
 noctem ad requiem tribuunt, vt dicit Iſi. Contra hoc est illud Psal.  
 Media nocte surgebam &c. & idem extra de cele. missa. ca. 1. Mat. 27.  
 Vigilare, & dicit Hiero. in epistola ad Furiam de viduitate seruanda. Ar-  
 detes diaboli sagitte, ieiuniorum & vigiliarum frigore restringendi sunt.

290 **Nouatiani**, anno. 244. tempore Fabiani papæ & Philippi impe-  
 ratoris & Decii, & secundum Euseb. de temporibus  
 anno. 255. sub Cornelio papa & Decio imperatore, a Nouato Romæ  
 urbis presbytero exorti, qui aduersus. Cornelium cathedram sacer-  
 dotalem conatus inuadere hæresim instituit. 7. q. 1. factus. & ca. seq.  
 Nouatianus. Defuncto enim papa Fabiano, electus est Cornelius se-  
 re ab omnibus Cardinalibus, postea Nouatianus a paucis est electus  
 & intrusus, qui cepit Cornelium molestare & catholicos episcopos  
 deponere. Sic dicit Cyprianus in epistola sua, quod Nouatianus est  
 papa profanus, malus, & nullus, adulter atque extraneus episcopus.  
 Et noluit apostatas recipere, rebaptizans baptizatos, & in hoc con-  
 uenit cum Donato, contra illud. 1. q. 7. conuenientibus, vbi dicit. Ba-  
 silius episcopus Ancyræ, qui ab hæresi reuertuntur ad orthodoxam  
 fidem & traditionem catholicæ ecclesiæ, scripto negare debent hære-  
 sim suam & confiteri catholicam fidem. Contra secundum errorem  
 scribit Tho. 4. contra gen. ca. 7. & 3. parte. q. 66. ar. 2. & Euseb. 6. lib. in  
 multis ca. de Nouato mentionem facit. Hic lapsis spem veniæ nega-  
 uit, quod de peccatis quæ homo committit post baptismum veniam  
 consequi non potest. Et Dion. episcopus Alexandrinus ait. Nouatus  
 Ro. ecclesiæ presbyter, elatione quadam tumidus spem penitus salu-  
 tis eius adimebat, etiam si digne poenituissent, ex quo & princeps hæ-  
 reſeos extitit Nouatianorum, qui ab ecclesia separati, superbo nomi-  
 ne Catharos. i. mundos se appellabant. Ob quam rem concilium sa-  
 cerdotale celeberrimum. 6. episcoporum, contra eum tempore De-  
 cii in vrbe Ro. celebratum est, ibique statutum est a papa Cornelio,  
 Nouatum cum suis ab ecclesia alienum esse. & 1. q. 1. cap. Paulianistæ,  
 dicitur. Nouatiani eisdem nominibus tremendis baptizant. Et con-  
 tra Nouatianos scripsit Nartianus episcopus apud Barchinonam,  
 & Euseb. episcopus Emisſenus & Fetitius episcopus grande compi-  
 lauit volumen. Nota, pro solutione vnius argumenti de Cypriano,  
 qui vt dicit magister in. 4. distin. 5. dicit quod ab hæreticis non posse



tradi baptismum, & eos esse rebaptizandos cum veniunt ad ecclesiam, qui ab illis dicuntur baptizati. Ad hoc dicit Bonauē. quod Cyrilianus hoc non dixit asserendo vel defendendo, sed opinādo, ideo non fuit hereticus sicut Nouatus, quia non erat in ecclesia determinatum. Præterea zelus fidei & detestatio hæreticorum, quæ multum vigebat in eo, faciebāt ipsum ex humana infirmitate excedere. ideo venialiter credendum est peccasse. Venialia autē secantur falce martyrii. Et glo. ordi. Iohelis. 2. Nouatus & quidam alii hæretici, dicunt hominem post peccatum non posse per pœnitentiam reformari in pristinum statum, hic error plane destruitur cum dominus intantum recepit pœnitentes, vt vocet populum suum. Et asserat non confundendos & se in medio eorum habitaturum, & eos nullum alium habituros dominum Glo. Leuiti. 13. In corpore lepram gerit, qui ecclesie detrahit sicut Nouatiani, qui nuptias damnant, & peccantibus auferunt pœnitentiam.

**O**ctavianus filius Ioannis maledicti, cōtra papam Alexā. scisma mouit & fouit, vocatus fuit victor & hæresiarcha, & vixit annis nouem & mensibus septem. Et facta eius damnantur extra de scism. cap. 1. Cui successit Guido, de illo Octauiano dicit glo. super verbo scismate. extra de elec. ca. quia qui contra Alex. erat, & Aquilegiē. patriarcha tunc scismaticus erat.

**O**līpius Arrianusepiscopus apud Carthaginem, qui cum in balneis sanctissimam trinitatē blasphemaret, tribus igneis fulminibus ab angelo visibilibiter missis, miserabiliter decidit, & eius cadauer penitus exussū est, vt refert Iacobus Philippi ord. eremitarū 2. li. supplementi chroni. & hoc anno domini. 505.

**O**phitæ, a colubro nominati sunt, coluber enim græce ophis dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradiso induxisse veritatis cognitionem vel maledictionem, sed male dicunt, quia de pœnitē. distinctio. 1. dicitur. Serpens decepit me & māducaui. Hunc colubrum Christum arbitrantur, habent etiam verū colubrum quem nutriunt & venerantur, qui & incantante sacerdote, egreditur de spelūca & oblationes eorum lambit & ascēdit super altare innixum speluncae & post hoc deuoluens se circa oblationes, regreditur ad speluncam & ita confringunt oblationes in eucharistiam, quasi a serpente Christo, vt illi putant sanctificatas. Tradunt huius serpentis cultum a Nicolaitis ad istos deductum. Sed distinctio. 3. cap. quia sancta, dicitur, quod Ezechias fregit serpentem ꝑneum, ideo quia ipse populus colere & venerare eum cœperat, ideo destruxit. De Ophitis. C. de here. & Hierony. aduersus Lucife. Ophitæ sunt

de his qui euan gelia laniantur.

- 299 **Orphanis**, notat Ioan. Nider in 3. li. form. quod erant tres principes sectæ hæreticorum in Bohemia, videlicet Pragensem qui tolerabiliores erant. Orphanorum & Thaboritarum, qui pessimi erant, incendebant ecclesias & monasteria. Nihil de imaginibus sanctorum & ornamentis ecclesiarum tenebant, omnia destruxerunt tanquam illicita. Sacerdotes & religiosos gladio occiderunt, cum chrismate & sancto oleo, calceos suorum pedum inunxerunt. Tanta cæcitate sunt percussi, ut vna secta aliam inuaderet, & victrix victam occideret, hæreticus hæreticum. Sub vtraque specie communicabant sine præiua sacramentali confessione, & suam perfidiam armis defendebant. De his Orphanis in de ori. Bohe. cap. 4. 8. dicitur. Hi post Zissam se a Thaboritis separauerunt, inter quos potior hæreticus Procopius est habitus, & ideo sic vocantur, quia Zissa mortuo ingens moror inuasit exercitum, quasi essent orphani, duce mortuo, quem putabant inuincibilem. Thaboritæ itaque in duos exercitus diuisi sunt, alii vetus nomen retinere, aliis Orphanorum, ob mortem ducis inditum nomen. Hi Orphanis Morauiam vicinasque regiones assiduis incursum infestabant. Quamuis hæretici inter se discordes, tamen concordes contra Iudæam pugnabant, & propter deceptorum prædam quidam inter se discordant, de vna hæresi duas faciunt. De quadam excirpatione Orphanorum & Thaboritarum recitat Pius. 2. de ori. Bohe. ca. 55. quod Mainardus catholicus & nobilis, quoddam bellum præterebat agere, & ad eam rem necessarios fore eos putabat, qui sub procopiis militassent, & omnes qui stipendia facere vellent in horrea sese proxima reciperent. Cauerent ne rudes inexpertosque belli secum admitterent. Introierunt in horrea pleraque Orphanorum & Thaboritarum milia homines nigri ad solem & ventum indurati, aspectu terri atque horribiles, & qui circa sumum in castris vixissent aquilinis oculis, impexo crine, corporibus proceris, membris hispidis, cute adeo dura, ut ferrum quasi lorica repulsum videretur. Clausa sunt confestim horrea, & ignis immisus horreis quo fex illa & colluuius hominum ignominiosum agmen, post multaque patrauerat scelera, exusta, cõteptæ demum religionis poenas dedit.
- 294 **Orantes** hæretici, orti sunt tempore Valentiniani imperatoris, hi coincidunt cum Messalensis. De his & eorum principibus, vide supra in Messalensis. Sed veram causam huius hæresis secundum Aug. & Epiphanium, quæ infra in Psallianis.
- 296 **Orebitæ**, de his scribit Aeneas Syl. de ori. Bohemorum capi. 4. 3. dicens. Fuit & alia in Bohemia hæreticorum factio fra-

erum Orebitarum appellata, que territorium Græcense vicinasque  
gêtes magnis affecit cladibus, pestifera atque immanis, neque Tha  
boritarum crudelitate vlla ex parte inferior. Aduersus quam Marci  
nus quintus pontifex max. nominatim crucē decreuit, neque tamē  
in plures annos extirpari potuit. Huius sectę homines quoties sacer  
dotes nostros intercepere, aut igne cremauerunt, aut nudos rigente  
hyeme super glaciem colligatos dimisere, quos parui momēti existi  
marunt, defectis virilibus abire permiserunt.

**Origenarii** vel Origenistæ, ab Origene autore exorti sunt āno  
ferme. 224. tempore Marci Antonii quarti, & Vrba  
ni papę. i. Alexandrię, dicens, quod non possit videre filius patrem,  
animas quoque in mundi principio peccasse dicunt, & pro diuersita  
te peccatorum e cęlis vsque ad terram diuersa corpora quasi vincu  
la meruisse, eaque causa factum mūdum. Item dicit Origenes, quod  
verbum dei non est deus essentialiter, sed participatiue, & quod spi  
ritus sanctus est creatura facta per verbum dei, & quod anima Chri  
sti cum aliis spiritualibus creaturis fuit creata ante corpora, & quod  
beatitudo terminabitur, & quod pœna dęmonum & aliorū dānato  
rū terminabitur. Io. Damas. li. 2. c. 1. Quo igitur pacto tūc mille āno  
rū restitutionis Origenistarū nūterabitur tēpus. Et Hiero. in epistola  
aduersus blasphemias Vigil. Origenes hęreticus quid ad me, qui il  
lū in plerisque hæreticū nō nego. Et idē ad Auimum. Vbi ea que in li  
bris periarchoſis Origenis cōtra fidem catholicā sunt pandit, quia ab  
sona dixit de fili & spūscāi inæqualitate, & quod dæmones possunt  
saluari in fine, quia habent liberū arbitrium, & quod hoīes pro ma  
gnitudine stultitię possunt cōverti in bruta, potius ī aquis eligētes  
viuere quā in pœnis. Ignē & tormenta gehēnæ non ponit in suppli  
ciis, sed in conscientia pēdōrū &c. Et idem ad Pāmachium & Oceanū  
de erroribus Orige. Venenata sunt illius dogmata, aliena a scriptu  
ris sc̄is, & si mihi creditis, Origenistes nunquā fui, putant me suum  
essetymystem. i. secretarium, & reprehendit illos qui dicunt quod  
libri Orige. sint vitiatī per hæreticos, sed quod Origenes per se erra  
uit. ergo dist. 15. sancta Ro. dicitur. Origenis nonnulla opuscula, quę  
vir beatus Hierony. non repudiat, legenda suscipimus, reliqua au  
tem omnia cum autore suo dicimus esse renuenda. Thom. i. parte. q.  
34. Origenes fuit fons Arrianorū. Idem dicit Hiero. & Epiphanius.  
Origeniani illius Origenis qui & Adamātii, qui corporum resurre  
ctionem negant, Christum & spiritum sanctum creaturam dicunt,  
paradisum & cęlos & alia non credunt esse sc̄m literā, sed in allego  
ria. Et glosa Hiero. 13. Manichæus dicebat quod quidam angeli pas  
297

sunt pro redemptione dæmonum, & post iudicium portas inferni claudi, & nullum ibi puniri, quod Origenes sentire videtur, quod frivolum est. Et Methodius contra Origenem scripsit, & Haymo recitat errores eius. Et post mortem Origenes damnatur in quinta synodo Constantinopol.

Finis.ii.libri.

¶ Liber tertius, qui est superioris Catalogi appendix.



**N** multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera, & ruinas eorum iusti videbunt, prouer. 29. Liquide patet in libris Machab. vbi multiplicatis impiis ad ritum gētilium declinauit populus, & in noua lege scelerati hæretici indices iniquitatis funiculos extendunt. Lappæ enim & tribuli & infelix lolium & steriles dominantur auenæ, sed iusti doctores dum hæreticorum argumenta quibus sua scelera defendere nituntur, ecclesiastica disciplina redarguunt, eorum ruinas & exterminia videbunt, & sic in multitudine iustorum letabitur vulgus, tunc enim clarius & gloriosior ecclesia remanere solet. Esa. 27. In die illa vinea cantabit ei, ego dominus qui cōseruo eam. Extirpatis enim erroribus, veritas agnoscitur, & agnita feruentius custoditur. Dum enim arator vomeris scissione camporū sentes eruit, terra accepta semina in segetem producit. Maximo itaque opitulante deo, lector amantissime, themati nostro satisfeci, trecentas vulpes capiendo, quæ agro dominico & vineæ domini sabaoth incendia intulerunt, sed in terra qua Samson vulpes coepit, vulpes abundant, & in ecclesia militante homines vulpini in peius proficiunt. Extendi itaque rete nostrum & alios hæreticos vltra 300. apprehendi hoc ordine, vt in capite libri primo occurrat Porphirius maledictus & perditioni deditus, cuius doctrina est falsa, vita iniusta, mors quoque nefanda.

**P**orphirius philosophus Atheñ. Origenis laudator, amicus imperatoris Iuliani, eiusque sectæ, nominis Christiani acerrimus persecutor & hostis, multas blaeterationes contra orthodoxam fidem ingessit. Libros Iuliani aliis operibus præposuit, vitam summi philosophorum Socratis lacerauit. Hic in Cæsarea Palæstina a quibusdam Christianis cæsus, iracundiam non ferens, Christianitatem deseruit, Et eum Eusebius Pamphili redarguit, & dicit in quar

ro libro de euangel. præparatione, quod Porphirius maxime dæmonibus amicus fuit, & multa nostris temporibus aduersus nos cōscripsit mendosissime, & oīm deorum & dæmonū falsitatem defendisse videtur. Itē librū de abstinentia a carnibus cōscripsit, & scelestissimā brutorum etiam animalium cędem, & dęmonibus dumtaxat esse sacrificandum. Et. 7. li. hist. tri. ca. 2. nec intellexit de quibus affirmavit, & dęmonibus magnam malitiam naturaliter dixit inesse in epistola ad Anebriotem, vt recitat. b. Tho. 3. contra gę. & teste. Euse. 6. lib. ca. 17. multos lib. contra Christianos fecit, & Rufinus Aquilegię. in. 2. lib. ad Apromanum dicit Porphirium damnatum. Et glo. super illud Iohe. 1. 2. Effundā spm̄ meum, dicit. Quidam dicunt apostolicę esse consuetudinis, vt quicquid vtile audietibus & non repugnare presentibus de testimoniis alterius tēporis cōfirmant, nō vt audientiu abutantur simplicitate & ipericia, sicut mentitur Porphirius. Et Esa. 3. dicit glo. Caueamus ne simus exactores in populum, ne iuxta impium Porphirium matronę & mulieres sint nī senatus quę dominentur in ecclesiis, & de sacerdotali gradu fauor iudicet fœminarū. Et. C. de here. l. damnato. Porphiriani a Porphirio nuncupantur, vt cuius scelus sunt in deserendo deum imitati, eius vocabulum iure vi deantur sortiti. Methodius aduersus Porphirium scripsit libros luculentos. Item Apollinaris Laodiceñ. Syrię episcopus. 30. libros cōtra Porphirium reliquit, & Ammonius Alexand. vsque ad extremam vitam perseueravit contra Porphirium, qui eum falso accusat quod ex Christiano ethnicus fuerit factus. Glo. super illud puerb. 2. Impii de terra perdentur, qui. s. ad ecclesiam dei videbantur pertinere, auferuntur iusto dei iudicio ecclesię, vt Porphirius. Porphirius a Porphirione aue immunda, & in lege Leuiti. 11. Comedi prohibita, dicitur. Serpentes enim comedit. Et Hierony. in prologo in Hierem. Porphirius calumniam instruit ecclesię, suam ostendens imperitiā, dum euangelistam Marth. arguere nititur falsitatis.

**Paterniani** a Paterno nuncupati, qui inferiores corporis ptes a diabolo factas opinantur, & vt dicit Aug. oīm ex illis partibus flagitiorū licentiā tribuentes ipurissime, hos etiā Venustianos quidā vocant, & cōtrariū habetur. Gen. 1. & de cōsec. di. 5. c. nasci dicitur. Noli despiciere bonitatē figuli. i. dei, qui te plasmavit & fecit.

**Parmenianiste,** qui & Donatistę, & contra epistolam Parmeniani Augustinus tres lib. scripsit, & idē in ser. dominicę. 1. post octa. paschæ. Superbia Donati fecit sibi partem subsequenter cum Parmenianus illius confirmauit errorem, nam iste Parmenianus episcopus Dona. apud Cartha. erat successor Donati.

- 4 **Patripassiani**, qui patrem passum dicunt, secundum Isido. & cōcordant cum Neotrianis. Augustinus in. 2. ser. dominicæ post festum trini. Sabelliani. i. Patripassiani, dicunt, vnus est deus pater & filius, quoniam qui pater, ipse & filius. Nam si aliter dixerimus, diceremur multicolæ.
- Passagerii** vel Passagini. Patareni vel Paterini. Isti hæretici Rome in cœna domini excommunicantur, & similiter extra de hære. cap. excommunicamus. Gregorius nonus eosdem excōmunicat, & tenent sectas Catharorum vel Catherorum. Et dicit ibidē Ioan. and. quod forte isti sic nominati sunt a nominibus adinuentiū istas sectas. Et ex concilio Lateranensi, quia in partibus Tholosanis hæreticorum quos alii Patarenos, alii Gazaros, & alii aliis nominibus vocant, inualuit damnata peruersitas, & hos & defensores & receptores eorum anathemati decreuimus subiacere. Patareni hæretici dixerunt hominem in statu coniugali nō posse saluari, sicut & Taciani & Marriani, contra quos dicitur. i. ad Timo. v. quod in nouissimis temporibus discedent quidam a fide. Attendentes doctrinis de moniorū in hypocrisi loquentiū mēdaciū, prohibentiū nubere &c.
- 6 **Papianiste**, isti sunt de secta Manichæorum, ponentiū duo principia contraria, qui nominantur. C. de hære.
- 7 **Pattalorinchite**, in tantum silentio student, vt naribus & labiis suis digitum apponant, ne & ipsam tacurnitatem voce præcipiant quando tacendum sibi esse arbitrantur. Vnde etiam illis est nomen inditum quod palus. Cur autem per palum digitum significare maluerint, a quibus hoc nomen compositum est nescio, & possent vtrique dactylorinchite multo euidētius appellari, vt dicit Augusti. de hære.
- 8 **Patritiani**, a Patritio nuncupati & sunt distincti a Paternianis, & substantiam carnis humanæ non a deo, sed a diabolo conditam dicunt, eamque sic fugiendam & detestandam dicunt, vt quidam eorum perhibeantur, etiam mortem sibi illata carne carere voluisse. Hęc Augustinus vt supra idem dicit Philaster. Hęc hæresis repugnat veritati incarnationis dominicæ, quia si caro esset opus cōditum a diabolo, nunquā filius dei assumpsisset carnem humanam.
- Praxiani**, a Praxea, quos alii vocant Sabellianos, eadē sentientes cū Sabellianis & Hermogenianis, in Africa fuisse dicuntur, nec tantū istæ plures sectæ sunt, sed vnus sectæ plura nomina ex his nominibus, qui in ea maxime vigerunt, vt dicit Augu. vt supra.
- 9 **Pauliani** vel Paulianistæ. C. de hære. vel Paulonitæ. fuerunt anno 265. sub Dionysio papa, & Valeriano & Galieno, a Pau-

Io Somofetano exortunt. Hic Paulus fuit epus ab orthodoxa fide turpiter difcedens, quære supra in Fotiniano, hic fufcitauit hærefim Artemonis, & negauit dei filium de cælo descendiffe, & dixit nõ fuiffe Christum femper, fed a Maria fumpiffie initiũ, cõtra illud Micheę, 5. Ex te egredietur qui fit dominator i Israel, & egressus eius ab initio a diebus æternitatis, Et fuit de Antiochia, cuius doctrina peruerfa, surrexit contra pietatem ecclesiasticam. Et Christum purum hominem cõfirmavit, idque antiquitus ab ipsis etiã apostolis traditũ fuiffe mentitur, vt dicit Euse. 5. li. c. 27. ideo synodali oim eporum iudicto ab ecclesia pulsus est, vt dicitur. 5. li. hist. tri. c. 14. Et cõtra hunc Paulum. s. Melchion Antioch. fortissime disputauit & Dio. Alexã. vrbis episcopus contra eundem insignẽ epistolam scripsit. i. q. 1. ca. Paulianista. In nomine patris & filii & spiritus sancti minime baptizant. Glo. quia dicebant non semper fuiffe Christum, & ca. si quis cõfugerit ad ecclesiam de Paulianistis & Cataphrygis, statutum est re baptizari eos omnino debere. In istius Pauli locum Antiochenæ ecclesie. xvi. ordinatur episcopus Dominus secundum Hierony.

**Paulini,** isti hæretici ponuntur distincti a Paulianis. C. de hære. & sunt Manichæi. Hiero. ad Dama. Paulinum ignoro, qui Christi non est, Antichristi est. 10

**Papias** Hieropolitanus in Asia epus, fuit autor hæreticorum Milleariorũ, vt dicit Helinãdus in sua chronica. de hoc quære supra in Chiliaftis. Et Hiero. de viris illust. Hic dicitur mille annorũ, Iudaicam deuterofim edidisse, quẽ secuti sunt Ireneus, Apollinarius & c. qui post resurrectionẽ aiũt in carne cũ sc̃tis dominũ regnaturũ. 11

**Pauperes** de Lugd. vel Insabbatari nũcupãtur vualdẽses, horũ hæresis incepit anno. 1218. sub Ludouico. iiii. & in cœna dñi excõicantur, & extra de hære. c. excõicamus. & Anto. 4. pte ti. n. c. 7 & Nicol. Emerici in li. in qui. ponunt eorũ hæreses, & dicunt quod in nullo casu licet iurare, etiã dicendo veritatẽ. Nõ licet iudicem occidere, etiã malefactorem. Itẽque quod bonus nõ potest saluari tenendo fidẽ Ro. ecclesie. Et qd̃ malus sacerdos nõ põt cõsecrare, & qd̃ ecclesia defecit p̃ Syluestri. Itẽ quod ipsi nõ sunt subiecti Ro. pon. nec aliis p̃latis, nec tenentur eis obedire, & quod indulgentiẽ nõ sunt alicuius valoris. Itẽ quod nullus põt cõsecrare nisi sit de secta eorũ, & quod i sacro altaris panis nõ transubstantiatur in verũ corpus Christi, si sacerdos sit malus, & quod ois vir & mulier de secta eorũ est sacerdos, negãt purgatoriu, & quod missẽ, elemosynẽ, orõnes, & suffragia p̃ defunctis nihil profunt, negant miracula sc̃torum, & quod sc̃i in cælo non exaudiunt orõnes nr̃as, nec pro eorũ reuerentia festa debent 12

celebrari, & nullam orationem admittūt nisi Pater no. Vnde Vualdo autor eorum Lugduñ. ciuis cum diues admodum haberetur, opibus relictis & pauperibus erogatis, diabolica quadam suasionē ductus euāgelicam paupertatē omnimode obseruare studuit. Vtique cum idiota esset, quosdā vulgares libros cum quibusdam sanctorū dictis sibi conscribi fecit, quos non sane intelligens suo inflatus spiritu prædicando apostolorū officiū sibi vsurpauit. Congregatis itaq; multis discipulis, pessimos errores seminare cœpit, prælatos & clericum aspernando, monitus autem respōdit, obedire deo oportet magis quam hominibus. Et cum obduratus peristeret veluti hæreticissimus & contumax, anathematis vinculo innodatus, patria propellitur. Quæ res facta est in laqueum magnum & scandalum magnum simplicibus, adhuc in multis locis hæc fatuitas viget. Hic attende quod olim fides catholica per potētes principes, per argutos philosophos, per subtiles hæreticos fuit impugnata, diebus autē istis per vilissimos idiotas & laicos pauperrimos tribulabatur.

13 **Pepusitæ** alias Pepusiani, isti sunt Montanistæ vel Phryges. C. de hære. Et dicit August. de hære. quod dicunt Quintillæ & Priscillæ in eadem ciuitate Pepuza Christum in specie sceminæ reuelatum, & quod Pepusiani a loco quodam nominati sunt, quam ciuitatem desertam dicit Epiphanius. Hanc autem isti diuinum aliud quid esse arbitrant. Hierusalem vocant, tantū dantes mulieribus principatum, vt sacerdotio quoque apud eos honorentur, quæ infra in Quintil.

14 **Petrus** Dresensis de oppido Misnæ super Sitium, attulit nouam pestem Bohemis, vt dicit Aeneas Syl. ca. 35. de ori. Bohe. Hic vualdeni lepra infectus, patria pulsus. velut hæreticorum asyllum Pragam repetiit, puerorumque docēdorum curam suscepit. Hic sua persuasione introduxit ritum communionis sub vtraque specie quod ad laicos. Et Iacobellus quidam Misnensis, ex vetustis sanctorum doctorum, sancti Diony. & Cypriani codicibus communionem calicis laudatam inuenit, & dicto Petro hæretici consenserunt.

14 **Petrus** de Anglia, patria profugus, magister artiū, Hussita, vnus de legatis Bohemorum ad concilium Basiliens. inter cætera dicta vuideffsaluanda esse ait, solis elenchis in disputatione confidens. Sed vt dicit Hieronymus ad Theophilum Alexandrinum, Fides pura & aperta confessio, non quærit strophas & argumenta verborum.

15 **Petrus** de Luna probatur esse hæreticus, scismaticus, temerarius, scandalosus, sacrilegus, notorie & publice errasse contra cæ-



tholicam & euangelicam veritatem super potestate & autoritate ecclesie. Ec Io. Gerson fecit duos libros, in quibus articuli generales & speciales dicti Petri ponuntur, & vipera nuncupatur.

**Petrus** quidam hæreticus & alius Petrus, ex quibus vnus Alexandriam, alius Antiochiam maculauit, vt dicitur distin. xv. sancta Romana.

**Petrus** Constantinopol. ex Africa Romam veniens, qui fidem suam priscam libello in clero lecto damnauerat, permittus est a Theodoro papa primo sacramenta in populo erogare, & cathedra ei posita iuxta altare iussus est sedere, honorante eum vt regie ciuitatis episcopum sed quia rediit ad hæresim, dānatus est ipse. Hæc ex libro actorum summorum pon.

**Petrus** Gnaphæus posuit in diuinis quatuor personas Dicit enim Io. Damasc. li. 3. ca. Io. hanc additionem in trisagio ab insano vaneque sentienti Petro Gnaphæo factam diffinimus blasphemiam esse, vt quartam inducentem personam, & ad patrem ponentem dei filium, patris subsistentem virtutem, & ad patrem eum qui crucifixus est, vt alium existentem præter sortem deum aut passibilem factum, trinitatem glorificantem, & cum filio patrem & spiritum sanctum crucifigentem, facessant hoc blasphemiam ascriptitiam nugam.

**Petrus** Ioannis dioc. Biranensis in postilla sua super Apoca. & super Mat. posuit multas hæreses, quæ postea autoritate papæ & consilio multorum magistrorum in theol. sunt solenniter in curia Ro. condemnata. Ipse enim per Babylonem meretricem magnam, intelligit vniuersalem ecclesiam Ro. militantem, quam vocat ecclesiam carnalem & bestiam & synagogam satanæ. Per mysticum Antichristum, intelligit papam, & quod omnes abbates quinti temporis conueniunt in quintum caput bestiam, quæ est diabolus ac Antichristus & congregatio malorum. & sic de aliis hæresibus quas ponit Nico. Emerici in lib. inquisition. Et de mandato Clæmentis sexti Petrus Ioannis exhumatus fuit, & hæreticus post mortem declaratus & ossa eius combusta.

**Petrus** Abailardus, præcium redemptionis euacuauit, & ab Innocen. ii. damnatur tempore Lotarii secundi, anno. 1134. Et dixit quod deus non potest facere nisi quæ facit propter ordinem iustitiæ & sapientiæ eius, vel quia agit ex necessitate naturæ. Deum non esse dixit autorem omnium bonorum, & quod deus non videtur per essentiam a beatis, & quod in deo sit compositio, & quod aliquid præter deum sit æternum, & quod aliquid sit quod non est creator nec creatura: & quod angeli aliquid creent, & sic de aliis errori

bus quos ponit F. Petrus de Pargamo in tabula circa opera beati Tho. quos errores idem Tho. in diuersis locis reprobat. Hic Petrus impugnatus a sancto Bernar. & responsurus de iustitia, veritus au-  
 21 dientiam sedis apostolicæ appellauit, & sic euadēs non multum post Cabilone obiit. Et Anſ. Cantuarienſ. episcopus contra eundem epistolam scripsit, quæ incipit, Dominis & patribus & fratribus omnibus catho. &c. Contra eiusdem hæreses sanctus Bernar. scripsit librū ad Innocen. papam.

21 **Petrus** Olerii in ciuitate Barchinona de Maioricis oriundus, cū quibusdam cōplicitibus, tempore Ioan. 22. posuit multas hæreses. Et tandē Barchinonę per F. Ber. de Podio inquisitorem cū episcopo Barchinon. istę hæreses fuerunt condēnatae, & ipse cōdemnatus.

22 **Petulianus** Donatista Constantinenſ. episcopus, qui dixit quod in ira Donatistas clauditur ecclesia, & quod ecclesia perit de cætero mundo, & in parte Donati in sola Africa remansit, & scripsit librum de communi baptismo, & multa falsa posuerat, & quod Iudas & alii similes qui se pro peccato interimunt, debeant martyres reputari, eo quod puniūt in se quod dolent commisisse, quod reprobatur Aug. in lib. contra Petul. de hoc. 24. q. 5. Tu dixisti. Laqueum traditor perit laqueum talibus dereliquit, hoc ad nos omnino non pertinet, qui sibi collum ligauerunt. Contra ipsum scripsit August. h. de vñico bap. & contra epistolam Petuliani scripsit tres lib. & ad longū loquitur de pertinaci larratu hæreticorum Afrorum cōtra vniuersalem ecclesiam. Alii errores ponuntur. i. q. i. ca. dominus, scilicet quod mali sacerdotes non conferant vera sacramenta, & quod immunditia malorum obest bonis.

23 **Prædestinati** hæretici, orti sunt sub Honorio imperatore & Zozimo papa circa annum domini. 414. Et dicunt nihil prodesse ad vitam quod sancti virtuose agunt. Sigibertus, Prædestinatorum hæresis hoc tempore cœpit serpere, qui ideo Prædestinati vecantur, quia de prædestinatione & diuina gratia disputantes, asserunt quod nec pie viuentibus proſit bonorum operum labor, si a deo ad mortem prædestinati fuerint ad vitam. Quæ assertio & bonos a bonis auocabat, & malos ad mala prouocabat.

24 **Pelagius** & Cælestius & Iulianus anno. 399. sub Arcadio imperatore & Anastasio papa. Ab his pessima hæresis Pelagiana orta est. Hiero. dicit quod Pelagius Brito post Arriū successit, & in oriente in Syria Palæstinæ Pelagius a quibusdam catholicis ad imperialia vel episcopalia est perductus. & monachus existens e Roma in Angliam proficiscens, insulam illam omnem execrabili infecit

more. Dicit enim hominem sine gratia posse mereri dei gloriam, & iustificacionis nostræ initiū ex nobis esse. Hic solus fuit inimicus gratiæ. 23. q. 4. Nabuchodono. Cum in bonis voluntas sit intelligēda, non est sine gratia, in malis autem voluntas intelligēda est sine gratia. Hic etiam dicuntur Cælestiani. Augustin. in pri. lib. retrac. noui hæretici Pelagiani, liberum sic asserunt voluntatis arbitrium, vt gratiæ dei non relinquunt locum, quam secundum merita nostra dari asserunt. Et glo. super illud Eccle. 29. Gratiā fidei iustoris ne obliuiscaris Dicit, Hæc sententia Pelagium repræhendit, qui liberum arbitrium gratiæ præponit, cum per solam gratiam liberentur electi. Contra Pelagium celebratum fuit Carthagenen. concilium ducentorum, & 18. patrum, similiter in concilio Milimitano tempore Innocen. 1. dānatus est. Et Hieronymus Pelagius sæculi gladio & torius orbis auctoritate est damnatus, & contra eum Aug. scripsit hypogonosticon continentem sex li. Et dicit Beda. lib. de gestis Anglorum, capitu. 17. quomodo Germanus & Lupus episcopi contra illam hæresim militarunt. Et dicit Constantinus presbyter scribens ad Patientē Lugd. quod dum Germanus iret in Angliam ob hæresim confutandam, in via tres mortuos suscitauit. Item dicunt Pelagiani vel Pelagianistæ, baptismum & orationes ecclesiæ irritas, & peccatum originale negant. Aug. Pelagianorum hæresis hoc tempore omnium recentissima a Pelagio monacho exorta est. Destruunt enim orationes quas facit ecclesia siue pro infidelibus, & doctrinæ dei resistentibus, vt conuertantur ad deum, siue pro fidelibus, vt augeatur eorum fides & perseuerent in ea. Ipsum Adam dicunt etiam si non peccasset fuisse corpore moriturum, non merito culpæ, sed conditione naturæ. Et Innocētius papa primus aduersus Pelagianos scripsit decretum, quod successor eius Zozimus ampliauit, & magister in secundo sententia. distinctio. vigesima octaua, & similiter Gennadius sex libros scripsit.

**Philumena** virgo quam Apelles hæreticus comitē suarum habuit doctrinarum. De qua sic Hiero. super. 1. capit. ad Galat. Elegāter in hoc loco inquit vir doctiss. Tertullianus aduersus Apellem & eius virginem Philumenam, quā angelus quidam diabolici spiritus & peruersus impleuerat, hūc scribit esse angelum cui multo ante quam Apelles nasceretur spiritus sancti vaticinio sit anathema per apostolum prophetatum.

**Philetus** hic negauit futurā resurrectionē corporalē, & omnia que in scripturis leguntur de resurrectione ad resurrectionem spūalem referre conabatur, sedm̄ quod aliqui a morte pcti resurgūt,

quod reprobatur. 2. Tim. 2. Profana & vaniloquia deuota, multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum vt cancer serpit. Ex quibus est Hymeneus & Philetus, quia a veritate fidei deciderunt, dicentes resurrectionem iam factam esse, & subuenterunt quorundam fidem. Hunc Philetum Apostolus tradidit satanæ. Augustinus. Tanta potestatis erat Apostolus, vt recedentes a fide solo verbo traderet diabolo.

27 P<sup>h</sup>aritiní, hi etiam dicuntur Pateriani, dicunt enim patrē esse etiā filio non existente, quere supra in Marino.

Ptolomæus discipulus Valentini, hæresim nouā condere cupiēs quatuor eos, & alias quatuor afferere maluit secū dum Augustinum. Ab isto dicuntur Ptolomæi hæretici.

28 P<sup>h</sup>neumachomacori vel Pneumachomachi. C. de hę. hi sunt qui spiritu sancto resistunt, secū dum quos aut natura, aut diuinitate diuisa & increatae consubstantiali & coeternæ trinitati. Postrema quædā & creatæ & alterius substantiæ naturaetur. Hi concurrunt cum Arrianis, & damnati sunt in Nicea Bithiniæ vt dicitur in. 9. li. hist. tri. 14. & dicitur a pneuma. i. spūs, & thocos. i. mater, quia spūs sc̄m ex matre ipsa processisse dicebant de filio dei.

29 Picardi, anno. 1394. tempore scismatis sub vñceslao rege Rom. Hi inuenerunt hæresim Adamitarum in Bohemia, vt dicitur in de ori. Bohe. ca. 4. r. apud Bohemos nefanda & inaudita prius emerit hæresis. Picardus quidam ex Gallia Belgica, transmissio Rheno per Germaniam in Bohemiam penetrauit, qui præstigiis quibusdam fidem sibi concilians breui tempore, nō paruam mulierum virorumque plēbem ad se traxit, quos nudos incedere iubēs, Adamitas vocauit. Et occupata insula quadam amne lusimitio cincta, filium dei se dixit Adam mulierem cognoscere, sed vt quisque libidine incensus in aliquam exarsit, eam manu præhendit, & adiens principem in hanc inquit spiritus meus concauit. Cui princeps respōdit. Ite cresci. & mul. Aiebat ceteros homines seruos esse, se vero & qui ex eis nascerentur liberos. Ex his. 40. viri insulam exiere, & intrātes vicinas villas euaginatīs gladiis supra ducentos agrestes interfecerunt, quos diaboli filios asserabant. Zissa his auditis, quāuis sceleratus, scelus tamen exhorruit, habet enim hoc natura hoim, vt alienā magis quā sua quisque vitia exhorrescat, neque summa mala diu iulta manent, vitorēque malū malum cernere licet. Et dixerit in os exercitum, expugnataque insula, Adamitas oēs gladio deleuit, duobus tantum reseruatis, ex quibus gentis superstitionem cognosceret.

**Porritani** dicti a Gilberto Porritano, autore sex vltimorum prædicamentorum. Hi ponunt relationes diuinas non esse personas, nec esse in personis, sed eas a foris existentes diuini personis, sed eas a foris ostendentes diuinis personis, & quod hæc est falsa essentia trinitas, de hoc Tho. prima par. q. 32. ar. 6. & quia s. Bernardus abbas in concilio Remensi Gilbertum vicit, & ipse errorem suum in dicto concilio reuocauit, & sic hæreticus nõ permansit. Sepe enim cordis oculus nube erroris obductus supernæ illustrationis lumine fit serenus, vt autor scismatis ad vnitatem radicis redeat.

**Prisca** vel Priscilla, anno. 164. tempore Commodi & papæ Soteri fuit hæretica & prophetissa Montani, vt supra in Maximilla. Vnde sicut fuerunt veræ prophetissæ, ita falsæ prophetissæ, has falsas Hebræi dicunt maleficis artibus eruditas per necromantiam, & phitonicū spiritum diuinare, qualis fuit quæ visa est Samuelis animam suscitare, vt dicit Hiero. super. 13. c. Ezechielis, addens, Prisca & Maximilla vaticinio mendacii fidem subuerterunt veritatis.

**Priscillianistæ**, a Prisciliano vocati in Hispania, qui ex errore Gnosticorum & Manichæorum permixtum dogma composuit, vt dicit Isido. & quod omnia fata hominum etiam Christi certis horis subiecta sunt, quod reprobatur Tho. 3. contra gē. capitu. 85. & Hieronym. ad Cresiphontem, Priscillianus pars Manichæi turpitudinis autor. Et dicebant isti prophetas tanquam arreptitios non intellexisse quæ loquebantur, quod diuinæ reuelationi non cõgruit, secundū quam mens principaliter illuminatur. Hic Priscillianus secundum Hieronym. de viris illustr. Abile episcopus factione Idatii & Itatii Treueris a Maximo tyranno cæsus est. Sigibertus dicit. Priscillianus in Hispania episcopus, cõdens hèresim sui nominis, ecclesiam perturbauit anno. 386. Hic personas trinitatis confundebat, dicens eundem esse patrem quem filium & spiritum sanctū. Carnium escas pro immundis habebat. Coniuges viros nolentibus fornicinibus, fornicinas a nolentibus viris separabat. Animas eiusdē naturæ cuius deus est esse dicebat. Et mundum istum a maligno principii factum esse dicebat, atque ab hoc principe per diuersa carnis corpora seminari, corpusque nostrum secundum. 12. signa cæli esse compositum. Super his auditus in conciliis episcoporum Romæ petiit, ibique a sanctis Damaso & Ambro. repudiatus. In Gallis quoque in synodo Burdegal. a sancto Marti. aliisque hæreticus iudicatus. Vbi se dā natum intellexit, imperatorē Maximū appellat, a quo auditus & episcopatu pulsus Treueris, ab Euodio præfecto perimitur cum multis aliis sequacibus, edicente imperatore, vt huius sectæ cõplices in His

- spania perimerentur. Priscillianus animam de quodam promptu  
rio procedere voluit, profiteri ac deum se pugnaturam, instrui odo  
ratu angelorum, vt dicitur in commonitorio Orosii ad Aug. Priscil  
lianistæ quoque fundamentis astrologorū adhærentes, dicunt quod  
homines non possunt euitare peccata August. etiam de hære. Et dñs  
nati sunt in prima synodo Toletana auctoritate Leo. &c.
- 33 **Pyrrhus** princeps Monothelitarum, quære supra in Monotelicis  
& in. c. pri. q. 13. conuenientibus, anno. 644. Martinus. i.  
papa conuocata synodo in vrbe Ro. Pyrrhum dānauit & cū eo Syrū  
Sergium, Alexan. & Paulum hæreticos, quare Constantinus tertius  
imperator misit in exilium Martinum papam.
- 34 **Photinus** hæreticus, de quo mentionem facit Aug. in libris suis  
fortissimis contra hære. scriptis.
- 34 **Præpositinus** negauit proprietates personas & notions in diu  
nis. & sicut pater vno modo se habet ad creaturas,  
ita vna relatione refertur ad filium & spiritum sanctum, hoc refellit  
Tho. i. par. q. 32. ar. 2. & contra idē est præfatio Gregorii de sancta tri.  
& Io. Damasc. in. 3. dicit. Differentiam personarum in tribus proprieta  
tibus paternali & filiali & processionali recognoscimus. Et Tho. vbi  
supra. opinari cōtrarie de pertinentibus principaliter ad fidē inducit  
hæresim, non autem de aliis nisi determinetur quod pertineant ad fi  
dem, multa enim nunc reputantur hæretica, qui prius non reputa  
bantur, propter hoc quod nunc est magis manifestum quid ex eis se  
quatur, & exemplificat de notionibus diuinis.
- 36 **Proculus** Caraphrygarū hæresi macularus, negat epistolam, quæ  
scribitur ad Hebræos, esse apostoli Pauli, cōtra quē in vr  
be Ro. præsentē papa Seuerino, Gaius disertissimus disputauit, vt di  
cit Euse. li. 6. c. 18. & Marsilius Ficinus in lib. de religione Christiana,  
ca. 22. sic habent, Ego certe repperi præcipua Numentii, Philonis, Plo  
tini, Iamblici, Proculi, mysteria a Ioanne, Paulo, Hierothæo, Diony  
sio Arcopagita accepta fuisse, quicquid enim de mente diuina, ange  
lisque. &c. ad theologiam spectantibus magnificum dixere, manife  
stum ab illis vsarpauerunt vel furati sunt. Idem dicit Ambro. Ca  
maldulcē. Fuit enim Proculus sectator Mōrani, sub Seuerino Roma  
næ vrbs episcopo & Antonino Seueri filio.
- 37 **Proclianitæ** secuti sunt Seleucianos, de quibus infra, & Armia  
nos, de quibus supra, & addiderunt Christum non  
in carne venisse, vt dicit Aug. de hære. & idem Philaster.
- 38 **Procopius** capitaneus Thaboritarum, defensor Ioannis Rockeza  
na, cognomento Ralus, ambasiator Bohemorū ad cō

estium Basiliensium rector in spiritualibus Thaboritarum, multis victoriis magnisque sceleribus nobilitatus, in quem dum Basileam intraret cum sociis defixere lumina, illum esse, qui torques fidelium fudisset exercitum, qui tot oppida subuertisset, tot hominum milia neci dedisset. Hic in recessu a concilio, pro omnibus Bohemis ibi existentibus, contumaciter & superbe dixit, Concionem calicis pro laicis habere & tenere interdumimus. &c.

**Pfalliani** quorum postremam ponit Epiphanius hæresim, quod nomen ex lingua Syra est, ab orando sic appellati, tantum enim orant, ut eis qui hoc de illis audiunt incredibile videatur. Nam cum dominus dixerit. Oportet semper orare & non deficere. Et Apostolus. Sine intermissione orate. Quod sanctissime sic accipitur, ut nullo die intermittantur certa tempora orandi. Isti ita nimis hoc faciunt, ut hinc iudicentur inter hæreticos nominandi, quamvis eos nonnulli dicant de purgatione animarum, nescio quam fantasticam & ridiculam fabulam narrare. Porcam. Scilicet porcellis suis videri exire de ore hominis quando purgatur, & in eum visibili similiter specie ignem qui non comburat intrare. His adiungit Epiphanius, Euphemi, Martyria, & Satamanos, & hos omnes cum illis tanquam unam hæresim ponit. Et Augustinus in de hære.

**Quintilianus** Arrianus, hic ut lupus intravit in ecclesiam Gazæ, sacra synodus nec episcopum nominandum, nec Christianum, nec quamlibet penitus cum eo habendam communionem, nec ei literas scribendas, sicut & de multis aliis decrevit finaliter. Ex. 4. li. h. tri. c. 24.

**Quintiliani**, ut dicit Augustinus in li. de hære. a civitate Pepuza sunt nominati, de qua supradictum est in Pepuzianis, faciunt & ipsi de sanguine infantis, quod Cataphrygas facere supra diximus, nam & ab eis perhibetur exortum. Et dicunt Christum in eadem civitate specie formam reuelatum. Denique alii hanc Pepuzam non esse civitatem, sed villam dicunt fuisse Montani & prophetissarum eius Priscæ & Maximillæ, & quia ibi vixerunt, ideo locum meruisse appellari Hierusalem.

**Rhetoriani**, a Rhetorio quodam exorta hæresim, dicit Philaster nimium mirabilis vanitatis, quæ recte ambulare, & vera dicere, affirmat omnes hæreticos, quod ita absurdum est, ut mihi incredibile videatur, ut dicit Augustinus in de hære.

**Rogerus** caput & princeps hæreticorum Albigenensium, in Carcazona civitate erat, qua capta a fidelibus archæ custodiae mancipatur & trucidatur.

**Ruteni** nunquam fuerunt obediētes ecclesie Romanæ, immo ex omni gente Christianum titulum habente, precisa tamen ab unione eccle-

siæ catholicæ, in defensionem sui erroris scismatici, nulla pertinacior gente Rutenica. Negant sanctum Petrum verum papam & Rom. sedis antistitem, idem tenent de successoribus eius. Nec quod Rom. ecclesia sit caput omnium aliarum ecclesiarū. Nec recipiunt scripta sanctorum doctorum Latinorum. Nec determinationes conciliorū generalium. Respuunt excommunicationē. Nec recipiunt sacramentum confirmationis. Nec extreme vñctionis. Nec purgatorium ponunt. In fermento conficiunt, & sic de aliis. Vnde dominus Ioannes Sacranius doctor sacræ theolo. Cracouien. ecclesiæ cano. in trac. suo quæ appellauit Elucidariū errorū ritus Rutinē. ponit. xl. errores eorū.

**Raymundus** Lulli Catalanus de ciuitate Maioricarū laicus, multa edidit opuscula sapientia hæresim. s. libellum de demonum inuocatione, & alia in vulgari Catalanico, & doctrinam suam habuit a diabolo, licet ipse asserat quod eam habuit in quodā monte a Christo sibi apparēte in forma crucifixi, quæ omnia Petrus archiepiscopus Terracensis & F. Nico. Emerici sententialiter cōdemauerunt, in quibus voluminibus reperti sunt errores vltra quingenti. Vnus est, quod deus multas habet essentias. Item quod deus pater est antequam deus filius, & quod diuina essentia non est otiosa, sed essentia, natura naturificat, bonitas bonificat &c. Et quod spiritus sanctus est conceptus de patre & filio. Item interficientes hæreticos, sunt iniuriosi & vitiosi, & quod deus quando sibi apparuit crucifixus, contulit sibi pro huius sæculi tenebris illustrandis artem istā, quæ est generalis ad omnem scientiam, & naturalem & medicinam & ad iura, & valet specialiter ad destruendum errores. Et hæretici si ne dubio sæpe deum sibi imaginaliter fingunt, quem intueri spiritaliter nequeunt.

**Reiudaizantes**, sunt hæretici conuersi de Iudaismo & iterum reuersi ad Iudaismum. Sic cognoscuntur, raro ecclesiam intrant, locum in quo morantur Iudæi Infrant, Iudæis se associant, & a Christianorum consortio se elongant, carnes porcinas nō edunt, sabbata colūt diebus dominicis secrete in domo sua. Reiudaizantium pœna ponitur de conse. distin. 4. cap. plerique.

**Sabelliani** anno. 260. sub Stepha. papa & Valeriano & Gallieno, & vt dicit Isido. a Noero pullulasse dicūtur, cuius discipulum perhibent fuisse Sabellium, ex cuius nomine maxime enotuerunt, vnde Sabelliani vocati sunt. Philasteri Brixianus dicit. Sabellius discipulus eius qui similitudinem sui doctoris Noeti secutus est. Hi vnam personā patris & filii & spiritus sancti astruūt, personas confundentes, quasi de tribus vnam facientes. Et contra



Sabellium Athanasius fecit symbolum, & cōtra eum disputat Tho. 4. contra gen. Sicut e contra Arrius separauit naturam siue substantiam personarum. Vnde Arrius idem negat, ponit Sabellius idem. Contra quos hæreticos sancta ecclesia via media ambulat, & deum vnum prædicans tres personas cōtra Sabellium asserit, & tres personas asserens deum vnum contra Arriū confitetur. De hoc Damas. 1. li. c. 11. Vnde Sabellius fuit natione Pentapolitanus ex Ptolemaida ciuitate natus. Vnde Tho. 1. parte. qō. 31. ar. 2. multa noīa ponit, quæ debent vitari in diuinis propter Sabellium & Arrium. Et dixit Sabellius saluatorem nostrum nō esse filium patris, nec primogenitum omnis creaturæ, simul & spiritus sancti auferens intellectum.

**Saccophati,** hi sunt de perfidia Manichæorum, de quibus. C. de hære.

**Samsai** vel Samsaitæ, sunt eiusdem hæresis cum Ebionitis, secundum Epiphanium, de illis quæ supra in Elcesaitis.

**Saturniani** a quodam Saturnino, qui turpitudinem simoniacarum in Syria confirmasse perhibetur, qui etiā mundū septē angelos, pter conscientia dei patris fecisse dicebat, & fuit reprobis apostolorū, & euāgelium lanauit, secundum Hiero. aduersus Luciferum. Vnde dicit Euf. 4. li. c. 5. Hūani generis deceptor antiquus post Menadrum Simonis successorē, velut quandā bestia bino ore sibilantem, & nis linguis diabolica venena vibrantē, Saturninū quendam Antiochiæ genitū, & Basilidem Alexandria ortum produxit, quorū vterque suis in regionibus officinas impiæ adeo inuisæ condidit disciplinae, equidem in omnibus pene Saturninum eodemque Menadrum commendatum esse scribit Irenæus, Basilidemque sub pretextu mysticæ doctrinæ in immensum tetēdisse mentis impiæ cogitatum, dū prodigiosa fabularum fragmenta sibi met complacerent.

**Saturninus** Arelaten. Arrianus, huius & aliorum Arrianorum, Hilarius pulsus in Phrygiam confugerat, vbi triennium commoratus, librum scripsit de religione Christiana, qua de re meminit ipse in lib. de synodis.

**Sabbatius** quidam ex Iudæo Christianus factus, presbyter ordinatus, nihilominus se se Iudaicæ seruiebat, cum quo scelere episcopatum ambiebat, & obtinuit, & nouitatem festiuitatis paschalis sub Valente imperatore constitutam, in vico Phrygiæ Passo defendere nitebatur, & Martianus ordinator eius, postea Sabbatius errorem & ordinationis suæ culpam cognoscens, cum gemitu dicebat. Melius fuisse super spinas posuisse manus suas, quam Sabbatium ordinasse presbyterum, vt dicitur. 9. lib. hist. tri. ca. 27.

- 42 **Sabbatius** alius Arrianus, de quo in. 12. lib. histo. tri. ca. 4. qui successit Barbæ Arriani episcopo, quære in Barba.
- 43 **Sarmatius** episcopus, postea effectus Arrianus, plene cõplexus est errores Arrii, hunc cum multis complicitibus suis
- 44 **Alexander** Constanti. patriarcha cum ipsiſ Aegypti & Libyarum pene centum anathematizauit. 1. lib. hist. tripar. c. 13.
- 44 **Satamani**, hi habent vnam & eandem hæresim secundū Epiphaniū, cum Psallianis, quære ibidem.
- 45 **Sarrabaite** Aegyptiæ linguæ proprietate sic vocati, & scđm Bedam in Actis apost. ex Anania & Saphyra Sarrabaitarū genus exortū dicitur, qui rebus suis nequaquã derelictis apostolorū districtiōe se custodire simulant, de quibus dicit Peamon abbas 18. collatiōe patrū, qđ istud est genus teterrimū & infidele monachorum, in vera hypocrisi cõstitutorū, & noxia illa plantatio rediuua, q̄ per Ananiā & Saphyrā in exordio ecclesiæ pullulans, apostoli Petri seueritate succisa est, & vt eorū pessima secta cõfundatur, sciant se in nullo ordine viuere, nec in aliqua secte vocatione, nam & ipsi semet ipsos a cõnobiorū regularium sub obedientia viuentium cõgregationibus sequestrant, ac sigillatim suas curas & necessitates cõtra ecclesię sanctiōe & concilia generalia, statū & regulā sibi confingunt, habētes libertatē euigandi, pecunias acquirendi, & de castino cogitandi, quasi inopem & mendicum deum haberent. Augu. 12. ser. ad fratres in eremo. Sarrabaitæ angelicam faciem foris ostēdunt, sed lupum corde habere non dubitamus, de quibus tertio nobis scripsit pater Hieronymus, quorum genus est omni affectu vitandum. Ipsi in Aegypto erant in foraminibus petrarū habitantes, induti porcorum & boum pellibus, tantum cincti funibus palmarum, spinas ad calcanea portantes, ad cingulum ligatas spinas discalciati & sanguine cruentati cauernas exeuntes, ad festum scenopiæ pergebant Hierosolymam, & sancta sanctorum intrātes, paupertatem & abstinentiam prædicabant seruare, barbas postmodum in conspectu hominum sine redemptione euellere festinabant, & sic acquisita fama, ad lustra remeabant solitarie gaudentes & epulantes supra tamen quod explicare possumus. Hos nolite obsecro imitari, quia non beatos, sed damnatos eos esse prædicamus.
- 47 **Sebas** vnus de Messalaniorū principibus, & hi obseruatores sanctorū sunt, labores manū refugientes, & sacm eucharistię contēnentes, & hi hæretici dicuntur Sebastiani. C. de hære. 1. Arriani.
- 48 **Secundus** episcopus, sectæ Arrianiæ alumnus, fuit contemporaneus Sarmatii præfati.

**Secundinus** discipulus Manichei, quē Augustinus non viderat, & tamen ad Aug. epistolā scripserat, in qua hortatur Aug. vt ad suam sectam rediret. Contra hunc scripsit August. librum, in quo eius fallacem benevolentiam non acceptat, hortans eum vt ad catholicam fidem redeat. Hic Augustinum & catholicos ceteros errare asseueravit, hic dicit quod Christus nō est vnigenitus patris secundū naturam, & quod deus est mutabilis, & quod malum est substantia quædā, & quod carnes non sunt manducandæ &c.

**Seras** fautor & defensor Aetii, qui cū Stepha. Heliodoro & Theophilo in concilio Constantinopol. excommunicatus est, dicebat enim quoniam ea quæ hactenus deus cõlasset apostolis, reuelata sibi affirmaret. Et de hoc. 5. lib. hist. tri. ca. 42.

**Sergius** Arrianus, cuius auxilio Mahomet diabolicum suū Alcoranū Saracenis cõposuit, librum vtique detestabilem, anno. 595. Hic Sergius monachus in errorem Nestorii incidēs, in Arabiam venit, Mahometo adhesit, quē in vtroque testamento multa docuit & multas leges quas Mahomet promulgauit.

**Sergius** alius, princeps Monothelitarum, quære hæresim eius ibidem cum. c. 1. q. 13. conuenientibus.

**Seleuciani** vel Hermiani, ab autoribus Seleuco & Hermia, qui elementorū materiā de qua est mundus, non a deo factā dicunt, sed deo coeternam, nec animā tribuunt deo creatori, sed creatores esse animarū angelos volunt de igne & spiritu. Malum autem asserunt esse aliquando a deo, aliquñ a materia, negant saluatorem in carne sedere ad dexteram patris, sed eā exuisse perhibent, eamque in sole posuisse, accipiens occasionem de Psal. vbi legitur. In sole posuit tabernaculum. Negant etiam visibilem paradysum, Baptismum in aqua non accipiunt, resurrectionem non putant futuram, sed quoti die fieri in generatione filiorum. Hęc Philaster.

**Sethiani** nomen acceperunt a filio Adę, qui vocatus est Seth, dicentes eum esse Christum, secundū Isi. & fabulosa & hæretica vanitate dicunt eum de superna matre natum, quā perhibent conuenisse cum superno patre, vnde diuinū semen aliud nasceretur tanquam filiorum dei. Hi quoque multa de principatibus & potestatibus vanissima fabulantur secundum August. de hære.

**Stephanus** Antiochię Arrianus, condemnatus cum aliis multis ep̄is orientalibus, de quibus sic dicitur. 4. li. hist. tri. c. 24. Vos pellite procul ab omnibus, nulla enim cõcordia Christi ad Belial. seruate vos fratres charissimi, vt neque scribatis eis, neque eorum scripta recipiatis & cetera, quia non affirmant quia deus est.

76 **Christus.** Ille Stephanus fuit quæritus episcopus Arrianus in sede Antiochena, quære supra in Eudoxio.

76 **Scopotici,** isti hæretici coincidunt cum Circuncellionibus, de quibus supra.

77 **Symmachus** orator, de quo Sigibertus, hic infremuit & furebat in Christū, qui etiam epistolis suis aiebat de idolatria & de reperēda ara victoriæ, & ipse in murmur & blasphemias commouit Romanos Christianitatis tempora culpātes, felicitatem gentium attolentes, quorum latrantium ora iniecto eis veritate of se obstruxerunt. August. in li. de ci. dei, & Orosius in hist. sua. Prudentius quoque luculento metrici operis libello blasphemias Symmachi refellit. Hic nota quod hæretici dum ecclesiam a deo vident corripi, peruersa prædicatione intumescunt, dicentes se ex meritis prosperari, illam digne affligi. Et sic murmurabāt Romani contra Christianos, quod a temporibus Christianorum vrbs Ro. a Gothis fuit capta. Sed tamen multi pagani reperti in vrbe iam capta, secundum Aug. in prin. lib. de ciuitate dei, finxerunt se Christianos, & ad loca martyrum & basilicas apostolorum Christiani fugientes saluabantur, & ad eadem loca ficti Christiani, de quorum numero vnus fuit Symmachus, fugerunt & saluati sunt. Et tamen non minus postmodum detraxerunt Christianis temporibus.

78 **Symmachus** Ebionius asseruit Christum de Ioseph & Maria natum, hominem purum fuisse, & legem ritu Iudaico seruandam, & commentarios quosdam Symmachus conscripsit, in quibus conatur de euangelio secundum Matth. autoritatem sue hæresis confirmare, vt dicit Euse. li. 6.

79 **Seueriani** a Seuero exorti, vinum non bibunt, contra hoc dicitur Iuuium dedicatum est. i. in vsum assumptum. Vetus testamētum & resurrectionem non suscipiunt, secundum Isid. & cibos quos deus humano generi proposuit damnabāt. Hi omnem coitum spurcum putabant & alia deliramenta affirmabant, quæ recitat Augu. in lib. de hære, & contra quos Musanus librum conscripsit.

80 **Speronistæ,** hi in bulla Apostolica in cœna domini excommunicantur Romæ, & extra de hære. c. excōmunicamus. Veldicuntur Spetronistæ, sed eorum hæreses nondum vidi.

81 **Seuerus,** de quo Io. Damasc. in ter. capitu. 3. Seuerus & Dioscorus & eorum scelerata cohors. &c. Hi in Christo posuerunt vnionem: non personalem in duabus naturis vere subsistentem, sed tantum habitualem, i. secundum habitum, proprietatem conditio-

nemque quandam diuinam, qua cum solus esset homo, diuina tamē assistente per quādam participationem virtute miracula operaretur in quinta synodo Constanti. huiusmodi hæretici damnati sunt. Hic Seuerus Eutyceris hæresi robur addidit, vt testatur Irenæus doctor celebris apud Græcos. Vnde & alii Seueriani appellati sunt, qui vt tūtur quidem lege & prophetis & euangeliis, sed propria quadam interpretatione scripturarū sensum peruertunt, obtreçant Paulo apostolo & refutant eius epistolas, sed neque actus apostolorum suscipiunt, vt dicitur. 4. li. eccle. hist.

**Seuandriani** vel Seuandiani, in hoc a Valentinianis distare dicuntur quod addunt opera turpitudinis vt dicit Augustinus vt supra. B2

**Semiarriani** quos Epiphanius dicit, qui similis essentia dicunt filium, tanquam non plenos Arrianos, quasi Arriani, nec similem velint, cum hoc Eunomiani dicere celebrentur secundum August. B3

**Simoniaci** vel Simoniani a Simone dicti, magicæ disciplinae peritio. Hic Simon baptisma suscepit a Philippo diacono. Et vt dicit Euseb. in. 2. li. histo. eccl. caput totius prauitatis & principium omnis hæresis a Simone cœpisse accepimus. Cui Petrus in actibus apostolorum maledixit, pro eo quod ab apostolis spiritus sancti gratiam pecunia emere voluisset. Hic Simon dixit creaturam non a deo esse, sed a virtute quadā superna creatā, quod repro. Tho. contra gē. c. 42. & quod gratia spiritus sancti est vanalis, quod impro. Tho. 2. 2. q. 103. art. 1. Dixit Christum nec venisse, nec a Iudæis quicquā per tulisse, artibus magicis multos decepit. Docebat detestandam turpitudinem indifferenter vtēdi forminis, asseruit se esse Christum. Ignatius ad Trall. Fugite malas soboles diaboli. Simonem dico primogenitum generis ipsius. Vnde. 1. q. 1. c. fertur. Simoniacæ hæresis est quæ prima contra dei ecclesiam diabolica supplantatione surrepsit, & in ipso ortu suo zelo apostolicæ vtrionis percussa & dānata est. & 1. q. 1. c. eos. Tolerabilior est Macedonii impia hæresis, quam Simoniacorū. Isti enim spiritus sanctum efficiunt seruum suū. Et Hiero. cōtra Lucī. Simon magus & Menander discipulus eius se dei asseruere virtutes. Glo. Mar. 13. Multi veniēt in nomine meo, &c. Multi in nomine Christi venere Antichristi, quorum primus Simon magus cui auscultabant omnes qui erant in Samaria dicentes. Hic est virtus dei quæ vocatur magna, eo quod multo tempore magicis artibus dementasset eos. Et Hiero. ad Cresiphontem Vrbitium, Simon magus hæresim condidit Helenæ meretricis adiutus auxilio. Et glo. super illud pro.

uerbio. 2. Impii de terra perdentur. Qui ad ecclesiam pertinere videbantur, sed auferuntur de aperto iudicio ecclesiae ut Simon.

84 **Sinerus** secundum Euseb. ponit tria principia & naturas. De hoc quaere supra in Martionistis.

86 **Soldini** vel Soldani hæretici, de regnis Godolix & Saba, hi in fide sunt corrupti a quodam hæretico qui dicebatur Soldinus, & sequuntur ritum Græcorum, & particularem habent hæresim, & utuntur literis Chaldaicis. Eorum sacerdotes cum auro, diaconi cū ture, & subdiaconi cum myrrha ad celebrandum accedunt, in signum quod tres reges dicta dona domino obtulerunt.

87 **Syri** vel Syriani a prouincia Syriæ, ad prælia apti, arcubus & sagittis utuntur expedite. Hi sunt Maronitæ hære. de quibus, sup.

88 **Syrus** genere Alexandrinus, arte medicus, ex philosopho monachus, prius aduersus Nestorē scripsit, sed postea Thimotheanum dogma fouere cœpit, denique ambiguus etiã sui suspendit animã a consensu Calcedonensis decreti, nec acquiescendum putat filiũ dei duabus post incarnationem constare naturis. Hæc Gennadius.

89 **Suriiani** appellati a ciuitate Sur quondam preeminenti, homines imbelles, timidi, ad inferiores labores apti, ut puta ad agriculturam, ex magna parte hæretici. Græcorum institutiones & ritus in omnibus imitantur, dolosi, mendaces, furtum & rapinam quasi pro nihilo habentes, secreta Christianorum ubi possunt ad infideles proditorie deserunt, & ad Saracenos, inter quos nutriti & cõmixti habitant, & opera eorum mala discunt. Hæc & similia vide in peregrinatione Ber. Breddenbach decani ecclesiae Maguntinæ, quã consecrasset Felix Fabri Ord. Prædi. Conuentus Ulmenis.

90 **Tatiani** a Tatiano, qui & Encratitæ dicti, quia carnes abominantur, anno. 175. sub M. Anronio & Aniceo papa. Tacitus hæreticus agnoscitur secundum Euf. de temporibus. Et Tatianus in Græcia fuit doctiss. & nominatissimus quandiu fuit Christianus. Hi nuptias damnant, atque omnino pares eas fornicationibus & iis que corruptionibus faciunt, non recipientes in suorum numerum coniugio utentem, siue marem, siue foeminam, non uescentes carnibus, prolationes quasdam fabulosas sæculorum faciunt, salutem primũ hominis contradicunt. De his dicit Beda in homil. super Ioan. Porro Tatiani & Martiani cæterorumque qui nuptiis detrahunt, perfidia quam sit damnabilis insinuat. Si enim thoro immaculato & nuptiis debita castitate celebratis culpa inesset, nequaquam dominus ad has veniret, nequaquam eas signorum suorum initiis consecrare uoluisset. Epist.

phanus Tatianos & Encratitas ita discernit, vt Encratitas Tatian scismaticos dicant. Hiero. dicit super Amos, Tatianus Encratitarum princeps, struere nititur vinum asserens non bibendum, cum in lege sit præceptum. Ne Nazaræi bibent vinum. &c. Qui si literā sequuntur in omnibus, & Iudaicas fabulas ecclesiis ingerunt Christi, ergo & comam nutrire debent, & vnam passam & viridem non comedere, quod si hæc non faciant, non possunt more Iudaicorum cauponum miscere aquam vino, vmbra veritati, euangelii gratiæ legis necessitatem. Ebrietatem illam intelligant qua curis sæcularibus inebriatur & obruitur animæ vigor. Sic Mahomet præcepit suis in Alkorano ne vinum bibant.

**Tarsenses** hæretici sunt, quibus Campenses, vt supradictum est, copulati sunt, vt Hiero. scribit Dam. 91

**Tascodrugitæ** Manichæorum errores insequabantur, vel vocantur Tascodrogi. C. de hære. l. quoniam, quos manicheticus furor detinet, quibus omne testimonium sicut & alias legitimas conuersationes sancimus esse interdictum. 92

**Tesalitæ** Tetraditæ, hi idem sunt hæretici de secta Manichæorū. C. de hære. &c. vbi dicitur. Isti & cæteri Manichæi nusquam in Romano solo conueniendi morandique habeant facultatē. 93

**Tesseradecatæ** dicti, quod quartadecima luna pascha cum Iudæis obseruare contēdunt. Nam tessera quatuordecas significat. Hæc Isido. Et dicit Augustinus, Tesseres decate, non nisi quartadecima luna mense Martio pascha celebrant, quilibet septem dierum occurrit dies, & si dies dominicus occurrerit, ipso die ieiunant & vigilant. Contra hoc habetur de consecra. dist. 3. capitulo Celebritatem. 94

**Tandemus** de quo Sigibertus, qui circa annū domini. 1124. erat hæreticus, & dicit. Oppidani castrī Antvverpiensis a quodam hæretico Tādemo seducti, paulatim a fide & bonis moribus desciverunt, quia idem hæreticus minime subtilitatis cum tamen esset laicus, sed multis etiam disertis clericis in sermone acutior, sacri ordinis ministros & episcopalem & sacerdotalem gradū nihil esse dicebat, corporisque & sanguinis Christi perceptionem sumentibus ad salutē prodesse negabat, & in prætioso habitu & vestibus deauratis incedens, triplici funiculo crinibus intortis verbis persuasibilibus & conuiuiorum apparatus suos qui eū circiter tria milia armati sequebantur alliciebat, & per eos resistentes sibi cædibus sæuebat, credebant ei, & reuerabantur eum intantum vt aqua in qua corpus laisset biberent, & pro reliquiis asportarent, cū tamen tantę

incontinentiæ & impietatis esset, vt filias in matrum præsentia, sp̄o  
 sasque maritis intuentibus corrūperet, & hoc opus spirituale esse alle  
 rebar. Qui tandem post multos errores & cædes, dum nauigaret a  
 quodam presbytero, percussus in cerebro occubuit, sed nec post eius  
 mortem error ipsius tam facile extirpari potuit, propter quod a cle  
 ricis loci eius ecclesia cum redditibus per manum episcopi Norber  
 ro ordinanda datur, sperantes quod eius salutarem doctrinam, hære  
 sis illa de medio tolleretur. Quod & factum est siquidem ipso prædi  
 cante, viri & mulieres compuncti, corpus dominicum quod in cistis  
 & foraminibus per decem annos & amplius reposuerant attulerūt,  
 & per eius doctrinam paulatim ad sanctam fidem respuerunt.

95 **Theodorus** Pharanitanus episcopus hæreticus, putabat Christū  
 fantasina esse, nec veram carnem de virgine assump  
 sisse. Et dicit Beda, quod scripsit pondus corporale secundum car  
 nem non habuisse dominum, sed absque pondere, & carne supra ma  
 re ambulasse, fides autem catholica & pondus secundum carnem eum  
 habuisse prædicat & onus corporeum, & cum pondere & onere cor  
 porali incedere supra aquas nō infusus pedibus. Vnde dionysius in  
 di. no. ait. Ignoramus qualiter de virginis sanguinibus alia lege præ  
 ter naturalem formabatur, & qualiter non infusus pedibus corpora  
 le pondus habentibus & naturale onus, deambulauit in humidam  
 & instabilem substantiam. Idem habet glo. Mar. 6.

97 **Theodorus** Eraclia Europæ, vnus de principibus Arrianorum,  
 post mortem tamen Arrii quia fuit episcopus intru  
 sus, & a sanctis patribus ab ecclesia dei precisus est, & a communi  
 one fidelium priuatus, quia scriptum est, Cum peruerso peruerteris.  
 Astruxit Mariam virginem solum hominem peperisse & nō deum  
 & hominem. Item Rabanus sanctæ memorię episcopus factus Edisse  
 nę ciuitatis, qui in sacerdotibus resplenduit, Theodorum Mosophe  
 tum post mortem in ecclesia anathematizauit. 24. q. 2. sane. Item no  
 ta quod sæpius hæreses variant nomē iuxta hæresiarchas suos, quia  
 hæresis Theodori fuit in primitiua ecclesia Ebionitarum, & sapius  
 fuit destructa, & iterum machinatione diaboli resuscitata, & de aliis  
 similiter intelligendum est, & fuit āno. 544. tempore Iustiniani im  
 peratoris primi & Vigili papę, damnatus est cum aliis in quarta sy  
 nodo Constantipoli. vt dicitur. 4. lib. hist. tri. ca. 24. cuius hæresim &  
 suę demoniacę conventionis errorem ponit Damas. lib. 3. ca. 3. & vo  
 cat eum deo iudibilem & igne dignum. Et. b. Thom. in prologo circa  
 expositionem Psal. Theodorus Mosuescenus in vete. testa. nihil ex  
 presse dictum fuisse de christo astruxit.



**Theodoricus** **Arrianus**, hic vt dicit Anton. parte spe. histo. ti. 6. cap. 7. Hic rex erat in Italia propter quem magna tribulatio facta est in ecclesia, hic totā Italiam perdere voluit & sanctum Ioan. papam & Symmachum Patritium & Boetium, viros præclarissimos martyrizauit. Iste Theodoricus rex Gothorum Rauennæ sanctum Iustinum in carcere fame deficere fecit, post dies. 90. vt dicit Sigibertus, subito defunctus, a quodam sancto eremita visus est, nudus & discalciatus a Ioanne papa & Symmacho Patritio in olla Vulcani esse detrusus, Item dicit Grego. 4. dial. Principes enim mundi qui persecuti sunt ecclesiam, mirabili morte interierunt, & postmodum deleta est posteritas eorum, & martyrum gloria exaltata. Nam apud Rauennam festum Symmachi & Boetij celebratur. 27. Maii.

**Theodoricus** Græcus, contra quem Leontius Bizantius fecit apologiam ad accusationes detestationis eius, vt dicit Damas. in. 3. c. 11.

**Thaboritæ**, de quibus. 4. c. de orig. Bohe. dicitur, quod Zissa lo cum Vlrici cuiusdam veræ fidei cultoris cœpit vi, Vlricum familiamque suam gladio occidit, locū muro cixit & mœnibus, ciuitati indidit nomen, nam & comites eius fratres Thaboritæ appellabantur, tanquam cum tribus apostolis saluatoris Christi transfigurationem in monte vidissent, indeque suas opiniones mutatæ essent, quas fidei veritates appellant. Hic refugium omnium hæreticorum, hi sunt homines infimæ plebis, & qui non tam nouam fidem secuti quam iudicia & carceres fugisse videbantur, & picturas abominantur Thaborenses. Nota quod Thabor mons est in Galilæa, in quo aues cum laqueis consueuerunt capi, sed nunc in Thabor Bohemico capiuntur animæ hæreticorum laqueis diaboli. Ioan. Nider in for. lib. 3. Ibi ignis accensus, nondum ad plenum extinctus est, sed in Thaboritis ardet, vtinam non in multis aliis.

**Theobatus** quidam quia repulsam meruit episcopatus, ipse cœpit initio perturbare omnia & corrumpere, qui & erat ex septem hæreticis, ex quibus processerunt pseudochristi & pseudo apostoli, qui in diuersas partes vnitatem scindentes per corruptelam doctrinæ castum ecclesiæ cubile macularunt, & impietatem loquentes aduersus dominum & aduersus Christum eius. 4. lib. ecclesiasti. histo. cap. 18.

**Theomas** Marmoricenus vnus de defensoribus Arrii, apostolici dogmatibus resistebat. Vnde defensores Arrii, detrauerunt fidem suam & communi cœtui dederunt, quæ cum lecta fuisset, dirupta est & adultera fraudulentaque pronuntiata. Verum

quidam eorū Arrium abdicarunt, vt dicitur. 2. lib. hift. tri. ca. 5.  
 ep̄s, erroribus Arrii seductus, filium in diuinis creatura.

103 **Theonas** ram posuit, non æqualem patri &c. Ex. 1. li. tri. hift. c. 13.  
 de quo Euseb. lib. 4. cap. 19. Hic arrogantia elatus, apo-

104 **Thenisus**, stolicæ sibi aliquid autoritatis assumens, epistolam ad  
 omnes ecclesias scribit, in qua docere eos conatur qui multo rectius  
 quam ipse credebant, & cohortatur omnes ad nouas verborum ad-  
 inuentiones accommodare aures suas, blasphemam autem dominū  
 & apostolos eius & sanctam ecclesiam.

104 **Theodotus** furia Montani infectus, ipso dæmone inspirabatur  
 & arte diabolica, & sicut scribit Euse. 2. lib. c. 16. illum  
 admirabilem vel prophetiæ impiorum primogenitum Theodotū  
 nomine, tradunt quodam tempore visum sibi esse velut in cælos as-  
 sumi, & per se credidisse spiritu erroris. Quo euectus in excessum,  
 & inde deductus ad terram, sinem vitæ exitus pessimo terminasse.

Hic Theodotus prius Romæ ausus est dicere, purum hominem fuisse  
 Christum, quæ Victor papa de ecclesia reiecit. De quo dicit Igna.  
 ad Trall. Fugite ipsius nequissimi nepotes, Theodotū & Cleobulū.

106 **Theodosiani**, a Theodosio appellati fuerunt temporibus Iusti-  
 niani principis in Alexandria per populi peruer-  
 si electionem, vno die ordinati sunt episcopi. Et cū Gaionitis in cau-  
 dis vulpium sunt colligati, sed in capitibus distincti, quia Theodos-  
 siani ex duabus vnam in Christo naturam, asserunt, sed corruptam.  
 Gaionitæ autem incorruptam contendunt. 24. qd. 3. quidam. Hi er-  
 rores Euticetis, & Dioscori sequentes Calcedonen. conciliū respuunt.

107 **Theodotiani**, a Theodotione instituti, hominem tantum Chri-  
 stum asseuerant, quod & Theodotion propterea  
 docuisset, quia in persecutione lapsus isto modo se casus sui deuitare  
 putabat opprobrium, si nō deum negasse, sed hominem videretur,  
 vt dicit Augustinus, de hære. De isto Theodotione, quære in Aquila  
 interprete, de quo dicit Hierony. in 2. lib. contra Ruffinum. Miror  
 quod Theodotionem hæreticum & iudaizantem legit, & quantum  
 eunque peccatoris Christiani translationem fastidit. Et fuit tertius  
 diuinæ legis interpres, circiter annum. 184. tempore Helii Cõtuma-  
 cis imperatoris & Eleutherii papæ.

106 **Templarii**, horum ordo incepit sub Henrico. 4. & Gelasio secū-  
 do anno. 114. prius albis sunt vsi mātellis, & post ru-  
 beam crucem superpositam portarūt, & beatus Bern. regulam com-  
 posuit. Et in historia transmarina legitur quod cum multi Christiani  
 confluerent ad terram sanctā, quidam latrunculi spoliabant peregrin-

nos. Hoc videntes quidam milites deuoti, in manum patriarchæ de uouerunt se viam defensuros, & in principio fuerunt nisi decē, postea apud Cretas concilio celebrato anno. 1128. ordo eorum confitutus est ad pugnandum contra Saracenos, ideo ex deuotione totius orbis ad eos exaltati sunt, & dicti sunt militia templi, quia in principio habitauerunt iuxta templum. De Templariis varia legi, in vita Clæmentis quinti sic habetur. Rescitum quoque eodem fere tempore. 1307. Templarios olim Christi milites a nostris ad Saracenos decē fecisse, ob hanc rem illi interfecti sunt, qui comprehendi potuerunt, eorumque bona partim Rhodiis militibus, qui insulam paulo ante occupauerunt, partimque nouis religionibus sunt attributa. Et infra. Templarios sustulit in maximos errores prolapsos, Christum scilicet abnegantes & cetera. & alii articuli hæresum eis opponebantur, quod conspuebant in crucem Christi, & quod professio eorum esset profana, & quod cōsecratio magistri eorū fiebat occulte, & quod propter eos terra sancta esset amissa. Et dicit Alpharus in. 2. lib. de plan. eccle. Templarii propter eorum flagitia ab ecclesia reprobati sunt. Et subito destruuntur mirantibus vniuersis, & magister eorum comburitur Parisius, & multi eorum combusti sunt, non tamen cōfessi sunt illa crimina, quæ iniuste eis obiecta erant. Sic Anton. in. 3. parte spec. ti. 21. eos videtur excusare, & quia possessiones eorum rex Franciæ in suo regno occupauit, ideo postea multa passus in hac parte. Nichil diffinio vtrum sint hæretici vel non, stetit tamen ordo eorum ferme annis. 184.

**Tertulianiste** dicti a Tertuliano presbytero Africæ prouinciæ ciuitatis Carthagi. animam immortalem esse, sed corpoream prædicantes, & animas peccatorum hominum post mortem in dæmonem conuerti putantes, secundum Isi. Et deum corporalibus liniamentis figurabant, vt dicit Tho. 1. contragen. c. 21. & dicit Aug. Tertuliani multa leguntur opuscula elegantissime scripta, sed paulatim defecerunt. Et transiēs ad Caraphrygas, quos ante destruxerat, cepit etiam sc̄pas nuptias cōtra Apostolicam doctrinā tāquam stupra damnare, & postmodū etiam ab ipsis diuisus sua conuenticula propagauit, statum aīę credit per traducē' appagari. Et fuit Tertulianus vicinus apostolorū tēporibus Carthagi. secutus Montanum, & secundum Hiero. ad Titum. 1. scripsit de monogamia librum hæreticum, quem Apostolo contraire nemo qui Apostolū legerit ignorabit. Hiero. de viris illust. in. c. de militone Asiano. Tertulianus vsq; ad mediā ætatem presbyter fuit ecclesiæ Africæ in Numidia, postea contumelia clericorum Ro. ecclesiæ ad Montani dogmata delapsus

est. Et di. 15. c. sancta Ro. Opuscula Tertuliani siue Africani sunt apocripha, & septem lib. scripsit aduersus ecclesiam pro Montano.

110

**Timotheus** Apollinaris hæretici discipulus, profanus, inrudiat. Hunc Damasus vrbis Romæ pontifex cum impio eius dogmate damnauit tanquam serpentem antiquum, alienū ab ecclesia. Hic & iudicio Apostolicæ sedis præsentate quoque Petro Alexandrinæ ciuitatis episcopo cum Apollinari doctore suo damnatus est, & in die iudicii tormēta debiti supplicii sustinebit, vt dicitur nono libro histo. trispar. ca. 15.

111

**Timotheus** alius, fuit tempore Bonifacii primi, qui dixit Christum verum deum & hominem quidem esse, sed ad didit dicendo diuinam naturam conuersam esse in humanam.

112

**Timotheus** alius, secundum Gennadium, extincto ab Alexandrinis Prothergo episcopo. Hic in locum occisi intrusus est, & quia Plēbs Protheræū exosum habuerat, ideo Timotheus ad habendum grariam plæbis omnes quibus ille communicauerat Nestoreos esse pronuntiat & maculam conscientię temeritate abluendam præsumens, scripsit ad Leonem imperatorem libellum valde suaforium, quem prauo sensu patrum testimoniis intantum labore conatus est, vt ad decipiendum imperatorem & suam hæresim cōstituendam pene Leonem vrbis Romæ Pontificem & Calcedonensem synodum, ac totos occidentales episcopos illorum adminiculo Nestorianos ostenderet, sed fauente deo a Calcedonēsi Concilio hostis ecclesiæ coarguitur & confutatur. Vnde & hoc in exilio iam hæresiarches dicitur & habetur. Hinc appellati sunt Thimotiani hæretici, qui ita carnem verbum factum dicunt, vt manente verbo in sua substantia & homine in sua natura societate non commixtione vnā filii dei rediisse personam.

113

**Teruidus** hæreticus, eodem & simili errore defecit sicut Basilides Ebion, Paulus Samosetanus, & Bonosius, vt dicit Gelasius vt habetur distin. 15. sancta Romana.

114

**Troianus** hæreticus, de quo sanctus Hilarius in epistola ad Donatum diaconum, Vbi quæso falsitas Troiani, procacitas Fausti, &c. Reuera ammodo non comparent.

115

**Tritoite** sunt vocati, quod sicut tres personas in trinitate, ita tres deos asserunt esse. Cōtra illud quod scriptum est, Audi Israel, dominus deus tuus vnus est. Quære supra in Gnoitis.

116

**Tossepinii hæretici.** excommunicantur extra de hære. capi. excommunicamus. Et nullibi adhuc reperire eorum hæreses potui.

**Turilupini**, hi tenēt omnes errores quos & Begardi, qui dixerunt non esse orandum vocaliter, sed mentaliter tantum in quadam libertate spiritus, quā dicunt non subici præceptis diuinis. Hinc dicit Ioannes Gerson in sermone de sancto Ludouico rege Francorum, quod Turilupini dicebant de nulla re naturaliter data erubescendum esse, quemadmodum Cynici philosophi more canum, dicebant esse viuendum palam in nuditate & exercitio membrorum pudendorū. Et idem Ioannes Gerson in de examine doctrinarum, consideratione sexta. Sicut nulla vehemētor quam luxuriosa libido, sic ad errandum falsumque docendum, nulla perniciosior, patuit in sectis Turilupinorum, quorum sequaces non desunt vsque quando & vbi latere putauerint, serpunt vbi libet. Epicurei sub tunica Christi, qui in mulierculis primo deuotionem fingentes specie tenus paulatim eis fidem antequā lumen & oculos tollere querant, quatenus eas licentias ad desideria sua maligna prostituunt.

**Valerii** seipso castrat, & hospites suos, hoc modo existimantes deo debere se seruire. Alia quoque hæretica docere dicuntur & turpia, sed quæ illa sint, nec ipse commemorat Epiphanius, nec vsquam potui reperire, vt dicit August. de hære. Et Leo papa in epistola scripta ad imperatorem Cōstantinum dicit. Valerii hospites suos castratos etiam ad episcopatum promouebant. Valerii sunt similes sacerdotibus Cybeles, qui realiter in templis se castrant, plangentes factum Atis pulcherrimi iuuenis, secundum poetas, qui votum castitatis fecit Berecynthiæ matri deorum omnium, & quia pactum non seruauit, ex vltiōe a dea illa castratus est, de hoc August. 2. lib. de ci. c. 4.

**Vadiani** dicunt deum corporalibus liniamenti figuratū, contra hos & similes hæreticos, arguit. b. Tho. 1. contra gen. ca. 20. Epiphanius nominat eos scismaticos. Alii autē Anthropomorphitas, quoniam deum sibi fingunt cogitatione carnali in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, quod rusticitati eorum tribuit Epiphanius, eos autem separasse se dicit a cōmunionē nostrā, culpando episcopos diuites, & pascha cū Iudæis celebrando. Sed dicit glo. super Annos. 2. Ossa regis Idumææ comburit, qui de maiestate dei male sentiens deum in modum humani corporis cogitat, quasi mēbris distentetur & videat & audiat vt homo.

**Valens** imperator Arrianus, multos martyres fecit in Aegypto catholicos psequendo, & monachos ad militandū reuocauit, sub Damaso papa. Hiero. ad Heliodorū epitaph. Nepos. Valens Gothico bello victus est in Thracia, hic verificatur illud Amos. 2.

Tenens arcum non stabit. i. aliquis hæreticus qui frustra tendens arcum, dei sagittis sustinere non potest. Et narrat Paulus diaconus lib. ii. Valens frater Valentiniani imperatoris egregii, ab Eudoxio Arriani hæresis episcopo baptizatus. in squissimam hæresim lapsus est. Sed teste Orosio a Gothis vulneratus, iusto dei iudicio concrematus est. Et idem dicit Orosius. Valens adhuc viuente fratre Valentiniano in societate imperii assumptus est, ab Eudoxio Arriani dogmatis assertore baptizatus. Sed malignam infectionem diu texite voluptati potestatem admisceret, qui adhuc viuentis fratris auctoritate compressus est, sed eo mortuo cum etiam impie agere potuisset non erubesceret, ilico effrenata audacia legem dedit, vt monarchi ad militandū cogerentur. Et in Aegypti solitudinibus multa sanctorum agmina monachorum ab eo interfecta sunt.

**Valentiniani,** anno. 144. sub Antonio Pio & Thelesphoro papa vsque ad Anicetum, a Valentino quodam Platónico sectatore vocati, qui eonos. i. sæcula quædam in origine dei creatoris induxit, Christum quoque de virgine nihil corporis assumpsisse, sed per eam quasi per fistulam vel per riuum transisse asseruit, & quod verbum dedit causam creatori quod mundum crearet. Hic sicut Martion dicit quod est deus qui non punit, & alius qui punit, de hoc Thom. 3. contra gen. ca. 14. & Polycarpus in epistola ad Philip. Omnis qui non confitetur Iesum Christum in carnem venisse, hic Antichristus est. Et posuit duos baptisimos, & sæcula esse animalia. Hierony. super Osee Nullus potest hæresim struere, nisi qui ardētis ingenii est, & habet dona nature, quæ a deo artifice sunt creata, talis fuit Valentinus, talis Martion, quos doctissimos legimus. Et glōf. super Malach. 3. Ergo nunc beatos dicimus arrogātes, dicit, Possunt hæc de hæreticis referri Martione & Valentino, & cunctis qui non recipiunt vetus testa. creatorem loquuntur & proficiunt in sua impietate & multos socios sceleris habent. Valentinus. 30. eonos posuit, quorum principium esse profundum & silentium, quod profundum etiam patrem appellat, & Christum a patre. i. silentio & profundo missum. Spirituale & cæleste corpus secum attulisse. De tricesimo sæculo dicit diabolum genitum, & a diabolo alios natos qui fecerunt hunc mundum, & ideo malitiam non arbitrio tribuit, sed nature mundi. i. generi diabolico. Carnis resurrectionem negat. Animam tantum affirmat per Christum saluari.

**Vrsatii** episcopus Priscillianista, accusator Priscilliani, de quo supra in Itatio.

**Valens**, Vrsatius, Arriani, qui gloriantur & non dubitant se dicere Christianos profitētes, quoniam Christus verbum & spiritus est vulneratus & intersectus & mortuus, quodque cohors hæreticorum diuersas esse patris & filii & spūssancti pronunciat sub stācias, & eas esse diuersas, vt dicitur. 4. li. hist. tripar. c. 24. Hos duos & alios plures damnauit concilium Arimineñ. eo quod Arrianum dogma anathematizare nolebant. Contra Vrsatium & Valentem, Athanasius Alexandrinus scripsit librum, & Hilarius historiā Arimineñ. & Fereticeñ. synodi continentiam librum scripsit. 123

**Victorinus** Pictabonensis ep̄s, in sententia Milliariorum ponentium iudaicas fabulas sunt sc̄dm Hie. sup Ezechielē. 124

**Vrsicinus** Arriane factionis hæreticus. Hierony. ad Damasum, Absit a Ro. sede, vt iungatur cum beatitudine tua Vrsicinus & cum Ambro. societur Auxentius. 125

**Vitalis** hæreticus, de quo Hierony. ad Damasum. Non noui Vitalem, qui Christi non est, Antichristi est. 126

**Vlricus** de Morauia presbyter & artium baccalaureus in cōcilio Basilien. 1433. inter alios errores dixit quod Ioannes Huss fuit sanctus deuotus doctor veritatis, & vitæ laudabilis, & per falsa testimonia condemnatus. Contra istum in concilio arguit Henricus Caldisen. Ordinis nostri, postea Magister Palatii. Sed victus in disputatione fuit, sed contendere a verbis non cessauit. 127

**Venustiani**, hi sunt qui alio nomine dicuntur Paterniani, & secundum Aug. in de hære. Hæresis Venustianorum, a quibusdam Paternianorū vocatur. Quæ supra in Paternianis. 128

**Vigilantius** natione Gallus Larcelonensis ecclesiæ quæ in Hispania est presbyter. Hieronymus ad Riparium & Desiderium presbyteros. Vigilantius ortus est subito, qui contra Christi spiritum martyrum negat sepulchra veneranda, damnat vigilias sanctorum, qui potius vocaretur Dormitantius. De quo sic beatus Thom. contra impugnantes reli. Vigilantius qui veritatem fidei impugnabat, pudicitiam odio habens & in conuiuio secularium cōtra ieiunia sanctorum declarabat. Hæc illē. Vnde nulla hæresis nisi propter gulam & ventrem seducens mulierculas oneratas peccatis. Et hæretici assumunt sibi linguas suas vt cordis venena ore pronūciēt, ergo dicit Hie. contra Vigil. Oprescindendam linguā & in partes & frustra lacerandā, meā iniuriā patiēter tuli, impietate cōtra deū ferre nō valui &c. Vigilantius nō solū Iouinianū cōtentus fuit mutare consilium de virginitate euacuans, sed superaddere ausus est, vt etiam 129



consilium de paupertate seruanda destrueret, contra illud Matth. 19. Si vis perfe. esse. &c. Et præsumens supra vires suas homo lingua politus, non sensu scripturarum exercitatus exposuit prauo ingenio secundam Danielis visionem secundum Gennadium. Et idem secū dum Hiero. negauit reliquias sanctorum, cum tamen secū dum August. purpurata est vniuersa terra sanguine martyriū, & crebrescunt fanitates meritis martyrum.

130 **Vincentius** Donatista hæreticus, quem Christiani multum persequerentur, & August. scribens contra ipsum, probat nouem rationibus & quatuor exemplis, quod iuste persequerentur ipsum Christiani. Vnde. 23. q. 4. nimium sunt inquieti quos per ordinatas a deo potestates sæculares cohiberi atque corrigi, mihi nō videtur inutile, nam de multorum iam correctione gaudemus.

131 **Viuitariū** quondam erant idololatæ, qui adhuc remanserunt in certis partibus aquilonaribus, & videtur Christiani, sed sunt hæretici sic dicti, quia illud viuum quod eis primo occurrit qua libet die, venerantur vt deum suum pro illa die.

**Vvaldenses**, quomodo hi ortum habuerūt, quære supra in Pauperibus de Lugduno, sed Aeneas Syl. de orig. Bohemo. capi. 35. dicit quod huius pestiferæ & iam pridem damnatæ factionis Vvaldensium dogmata sunt, vt sequitur.

Romanum præfulem reliquis episcopis parem esse.

Inter sacerdotes nullum discrimen.

Presbyterum nō dignitatem, sed vitæ meritum efficere potiozem.

Animas e corporibus excedentes, aut in aternas e vestigio pœnas mergi, aut perpetua consequi gaudia.

Purgatorium, ignem nullum inueniri.

Vanum esse orare pro mor. & auaritiæ sacerdotal. inuentium.

Dei & sanctorum imagines delendas.

Aquarum, palmarumque benedictiones irridendas.

Mendicantium religiones, malos dæmones inuenisse.

Sacerdotes pauperes esse debere, sola contentos esse elemosyna.

Lyberam cuique prædicationem verbi dei patere.

Nullū capitale peccatū quæuis maioris mali vitædi gratia tolerandū.

Qui mortalis culpæ reus sit, eum neque sæculari, neque ecclesiastica dignitate potiri, neque parendum ei.

Confirmationem quam chrisimate pōtificis inducunt, & extremam vnctionem inter ecclesiæ sacramenta minime contineri.

Auricularem confessionem nugacem esse

Sufficere sua quenquam deo in cubili suo confiteri peccata.



Baptisma fluuiat. vnde, nulla interiecta sacri olei mixtura recipiendū.  
Cemiteriorum inanem vsum quæstus causa repertum, quacunque  
tellure humana corpora nil distare.

Templum dei late patentis ipsum mundum esse.

Coartare maiestatem eius qui ecclesias, monasteria, oratoriaque con-  
struunt, tanque propitiior in eis diuina bonitas inueniatur.

Sacerdotales vestes, altarium ornamenta, pallas, corporalia, calices,  
patenas, vasaque huiusmodi nil habere momenti.

Sacerdotem quocunque loco, quocunque tempore sacrū Christi cor-  
pus conficere posse petentibusque ministrare.

Sufficere si verba sacramentalia tantum dicat.

Suffragia sanctorum in cælis cum Christo regnantium frustra impe-  
trari, quæ iuuare non possunt.

In canoñ. horis cantandis dicendisque frustra tempus teri.

Nulla die ab opere cessandum nisi quæ dominica nunc appellatur.

Celebritates sanctorum rursus reiiciendas.

Ieiuniis quoque ab ecclesia institutis, nihil inesse meriti. Hæc ille.

Vvaldemarius <sup>reprobus fuit & scismaticus, extra de sacra. non</sup> 133  
ite. c. anobis. Quod autem fuerit scisma eius, ca-  
nonistæ non exprimunt.

Vvesalien. errores positi sunt supra in Ioan. de Vvesa. 39

Vvicleffita, a quodam Ioanne Anglico, horum insania incæpit  
primo in Angliā, anno ferme. 1394. Et Io. Nider in  
form. li. 3. dicit, quod viuebat in Angliā infra. 60. annos quidā sacer-  
dos sæcularis artium professor, acer ingenio & eloquentia lepidus,  
sed errore scriptis & vita nedum hæreticus, sed heresiarcha. Ioannes  
vvicleff dictus, qui in suis libellis in Anglica & latina doctrina no-  
ua, rempu. subuertere molitus, & articuli eius valde occulti sūt. Hie-  
rony. de Praga in Angliā studens: huius venenum auide hausit, &  
postea Pragæ copiose effudit. Et in de ori. Bohem. c. 37. Vir quidam  
genere nobilis ex domo quam putri piscis vocant, apud Oxoniā  
Angliæ ciuitatem studens, cum Ioannis Vvicleff libros offendisset,  
quibus de realibus vniuersalibus titulus inscribitur, magnopere il-  
lis oblectatus, exemplaria secum attulit, inter quæ de ciuili, de iure di-  
uino, de ecclesia, de diuersis quæstionibus contra clerū, plæraque vo-  
lumina veluti præciosum thesaurum patriæ suæ intulit, imbutus ip-  
se Vvicleffitarum veneno & ad nocendum paratus, tum quod erat  
familiæ suæ cognomen putridum piscem, foetidum virus in suos ci-  
ues euomuit, & Andreas de Broda doctor Pragen. natione Bohe.



## Articuli

anno. 1416. scripsit contra errores Vvicleff, & Ioannes de Rachusio patriarcha Ord. Præd. ostēdit bullam autenticā in concilio Basiliē. continentē. 40. articulos ab ecclesia damnatos, ex libris Io. Vvicleff tractos, & in de orig. Bohe. capi. supra. Subinco cognomento lepus, claris parentibus apud Bohemos ortus, tunc temporis Pragen. ecclesiam pontificio tenebat, cōsilio & animo illustris, qui orienti calami rati obuiam ire cupiens priusquam amplius debaccharetur, libros Ioan. Vvicleff ad se ferri omnesque doctorum virorum consilio adhibito, publice cremari iussit, supra ducenta volumina fuisse traduntur pulcherrime conscripta.

### ¶ Articuli Ioan. Vvicleff condemnati in Concilio Constantiē. numero. 45.

¶ Substantia panis materialis, & similiter substantia vini materialis remanent in sacramento altaris.

Accidentia panis nō manent sine subiecto in eodem sacramento.

Christus non est in eodem sacramento identice & realiter in propria præsentia corporali.

Si episcopus vel sacerdos existat in peccato mortali non ordinat, nō consecrat, non conficit, non baptizat.

Non est fundatum in euang. quod Christus missam ordinauit.

Deus dedit obedire diabolo.

Si homo debite fuerit contritus, confessio exterior est sibi superflua & inutilis.

Si papa sit præcitus & malus, & per consequēs membrū diaboli, nō habet potestātē super fideles ab aliquo sibi datā, nisi forte a Casare.

Post Vrbanum sextum non est aliquis recipiendus in papam, sed more Græcorum viuendum est moribus propriis.

Contra scripturam ecclesiasticam est quod viri ecclesiastici habeant Nullus prælatus debet aliquem excommunicare, nisi (possiones, sciat prius excommunicatum a deo, & qui sic excommunicat, sit ex hoc hæreticus & excommunicatus.

Prælatus excommunicans clericum, qui appellauit ad regem vel ad concilium regni, ipse traditor est regis & regni.

Illi qui dimittunt prædicare, siue verbum dei audire, propter excommunicationem hominum, sunt excommunicati, & in die iudicii traditores Christi habebuntur.

Licet alicui diacono vel presbytero prædicare verbum dei absque autoritate sedis Apostolicæ siue episcopi catholici.

Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona tem

poralia ab ecclesia, possessionatis habitualiter delinquentibus, i. ex habitu non solum astu delinquentibus.

Populares possunt ad suum arbitrium dominos delinquentes corrigere.

Decimæ sunt puræ elemosynæ, & parochiani possunt propter peccata suorum prælatorum ad libitum suum eas auferre.

Speciales orationes applicare vni personæ per prælatos vel religiosos, non plus profunt quam generales cæteris paribus.

Conferens elemosynam Fratribus, est excommunicatus eo facto. Si quis ingreditur religionem priuatam qualemcunque tam possessionatorum quam medicantium, redditur ineptior & inhabilior ad obseruationes mandatorum dei.

Sancti instituentes religiones priuatas, sic instituendo peccauerunt.

Religiosi viuentes in religionibus priuatis, non sunt de religione Christiana.

Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & nõ per mendicationem.

Omnes sunt simoniaci, qui se obligant orare pro aliis, eis in temporalibus subuenientibus.

Oratio præcise nulli valet.

Omnia de necessitate absoluta eueniunt.

Confirmatio, ieiunium, clericorum ordinatio, locorum consecratio, reseruantur papæ & episcopis, propter cupiditatem lucri temporalis & honoris.

Vniuersitates, studia, collegia, graduationes & magisteria, in eisdem sunt vana gentilitate introducta, & tãtum profunt ecclesiæ sicut diabolus.

Excommunicatio papæ vel cuiuscunque prælati, non est metuenda, quia est censura Antichristi.

Peccant fundantes claustra, & ingredienties sunt viri dyaboli.

Ditare clerum, est contra regulam Christi.

Syluester papa & Constantinus imperator, errauerunt ecclesiam dorando.

Omnes de ordine mendicantium sunt hæretici, & eis dantes elemosynam sunt excommunicati.

Ingrediens religionem, aut aliquẽ ordinem, eo ipso inhabiles sunt ad obseruandum diuina præcepta, & per consequens ad perueniendum ad regnum cælorum, nisi apostatauerint ab eisdem.

Papa cum omnibus suis possessiones habentibus, sunt hæretici, eo

quod possessiones habent, & omnes consentientes eis. s. domini sc̄cu-  
lares & laici cæteri.

Ecclesia Ro. est synagoga satanæ, nec papa est immediatus vicarius  
Christi & apostolorum.

Decretales epistolę sunt apocriphe, & seducunt a fide Christi, & cleri  
ci sunt stulti qui student eas.

Imperator & domini temporales sunt seducti a diabolo vt ecclesiã  
suam dotarent de bonis temporalibus.

Electio papæ a cardinalibus, per diabolum est introducta.

Nō est de necessitate salutis, credere Ro. ecclesiam esse supremam in-  
ter alias ecclesias.

Error esset, si per Ro. ecclesiam intelligatur vniuersalis ecclesia, aut cō-  
cilium generale, aut pro quanto negaret primatum summi pontifi-  
cis super alias particulares.

Fatum est credere indulgentias papæ & episcoporum.

Iuramenta illicita sunt, que fiunt ad roborandum humanos contra-  
ctus & commercia ciuilia.

Augustinus, Benedictus, & Bernar. damnati sunt, nisi pœnituerint  
de hoc quod habuerunt possessiones, & instituerunt, & intrauerunt  
religiones, & sic a papa vsque ad vltimum religiosum omnes sunt  
hæretici.

136 **Vvenceslaus** Linck doctor & olim vicarius generalis cōuentuū  
Germaniæ cremitarum. Hic relicta conscientia &  
synceræ fidei professione ad vuitenbergam se transtulit, asylum vi-  
delicet Luteranorum, & vt magister erroris non Apostolicis literis  
auscultat, sed vt filius Belial de venenosa radice colubri tortuosi pro-  
diit in regulum in monte viperarum. Merito ob id vocatur Linck  
.i. sinister, quia a dexteritate fidei declinavit & defecit, lutosum lucife-  
rinum & mendosum semen in plurimos transfundens.

137 **Vvilhelmus** de Costa hæreticus, contra Ro. ecclesiã se extollens,  
& se ab ipsa separans, tales enim scismatici & hæreti-  
ci dicuntur, secundum Hostien. Vnus fuit princeps Hussitarū misso-  
rum ad concilium Basiliē. non tam equestri dignitate quam ecclesia-  
rum diruptione insignis. Vnde dū venirent trecenti equites ad Ba-  
sileam, fuit concursus populorum aduentum gentis fortissime expe-  
ctantium, alii hunc alii illum digito designare, peregrinos habitus,  
non visa prius vestimenta mirari, horribiles hominū facies, truces  
notare oculos, non esse alienum dicere ab ea hominum specie facta  
que fama prodiderat, vt dicitur ca. 44. de origine Bohemorum.

**Vvilhelmus** aurifex (teste Cæsario. 10. dist. dialo. sui) fuit propheta Almarici & suorum sequaciū, qui dicebat quod prælati ecclesiæ essent membra Antichristi, & quod papa esset Antichristus & Roma Babylon, & nihil horum quæ prædixit euenerat, & cum complicibus Almarici incineratus fuit.

**Vvilhelmus** de sancto amore, librum scripsit contra Mendicantes, concludens hominem nõ posse saluari in tali statu, & voluit quod paupertas habitualis est licita, non autem actualis. Quam hæresim reprobatur Tho. opusculo. 19. capitulo octauo. Hic fuit persecutor Fratrum Prædicatorum & Minorum. Et Alexander quartus in bulla quæ incipit Rom. pontifex damnat detestabilem librum eius, qui incipit, Ecce videntes clamabunt foris. &c. tanquam iniquum scelestum & execrabilem, & instructionem & documenta in eo tradita, utpote praua, falsa, & nefanda de fratrum nostrorum consilio auctoritate Apostolica reprobamus & in æternum condemnamus. Districte præcipientes, ut quicumque libellum ipsum habuerit, cum infra octo dies ex quo huiusmodi nostram reprobationem & condemnationem sciverit, prorsus in toto & in qualibet sua parte comburat & abolere procuret. Item in alia bulla quæ incipit. Ex alto fuisse. &c. iubet etiã concremari alios eius libellos in infamiam & detractionem Fratrum Prædicatorum & Minorum. &c. Hæc gesta sunt tẽpore sancti Ludouici regis Francorum Anno. 1266.

### ¶ Additio de hæresibus innominatis.



**S**cribitur prouerbiorum quinto. Vagi gressus eius Vbi glo. Vagi sunt gressus hæreticorum, & in tam innumera hæc pestis se fudit itinera, ut penitus quæ sint inuestigari nequeant. Et plerique hæretici ignotis nominibus hæreses subministrant: eoque certas hæreses, quarum autores, aut auctorem nomina nõ constant, prædictis annumerare studui, signanter ex Augusti. & Isi. & Phylastro & ex corpore iuris canonici, ex quibus quædam putant deum & trinum in essentia.

¶ Alia hæresis dicit in Christo doluisse diuinitatem, cum affligere tur caro eius in cruce.

¶ Alia dicit aquã non a deo creatam, sed semper ei fuisse coæternã.

¶ Hæresim quandam Phylaster commemorat, quæ dicit hunc mundum post resurrectionem mortuorum in eodem statu in quo nunc

## Aditio

est esse permanens, neque ita esse mutandum, vt sit calum nouū & terra noua, sicut sancta scriptura promittit. Apocali. 21.

¶ Alia dicit corpus hominis non animam esse imaginem dei.

¶ Alia dicit innumerabiles esse mundos, sicut opinati sunt quidā philosophi gentium.

¶ Alia sceleratorum animas conuerti in demones dicit, & in quædam animalia suis meritis congrua.

¶ Alia, Descendente ad inferos Christo, credidisse incredulos & omnes inde existimat liberatos.

¶ Alia, liberationem hominum apud inferos factam Christi de ascensione non credunt.

¶ Alia, nudis pedibus ambulant ex superstitione spernentes illos qui incedunt calciati. Dicit Phylaster alios esse hæreticos qui cum hominibus non sumunt escas, sed vtrum cum aliis qui eiusdem sectæ non sunt, an etiam inter seipsos id faciant, non exprimit. Dicit etiam de patre & filio recta, de spiritu autem sancto non catholica sapere, quod eum opinentur esse creaturam.

¶ Est alia quæ triformem sic asserit deum, vt quædam pars eius sit pater, quædam filius, quædam spiritus sanctus, hoc est, quod dei vnus partes sunt qui istam faciunt trinitatem, veluti ex his tribus partibus compleatur deus. Nec sit perfectus in seipso, vel pater, vel filius, vel spiritus sanctus.

¶ Alia Sempiternæ natum non intelligens filium, putat illam naturam sumpsisse a tempore initium. Et tamē volens coæternum patri filium confiteri, apud illum fuisse antequam de illo nasceretur existimat. Hoc est semper eum fuisse, verū tamen eum filium semper non fuisse, sed ex quo natus est de illo filium esse cœpisse.

¶ Ex Decretalibus. Errores abbatis Ioachim & errores impii Almarici tetigi supra in locis suis.

¶ Ex. 6. Decreta. Damnatur error dicentium spiritum sanctum procedere a patre & filio, vt a duobus principiis & duabus spirationibus, de summa tri. capitulo primo.

¶ Reprobatur ibidem error antiquus Græcorum dicentium spiritum sanctum a patre & non a filio procedere contra concilium Nicænum.

### ¶ Ex Clementin.

¶ Error dicentium quod anima rationalis non est forma corporis humani per se & immediate, reprobatur de sum. trini.

¶ Error dicentium quod Christus non esset mortuus quando de latere eius perforato exiuit sanguis & aqua ibidem dicitur.

**¶** Error quod pueris & adultis in baptismo non confertur gratia & virtutes:

**¶** In cl. de vsura. Ex graui, qui pertinaciter asseuerat vsurā non esse peccatum & damnabile, censendus est hæreticus.

**¶** In titulo de hære. ad nostram, damnantur octo errores, de quibus supra in Begardis.

**¶** Hæreses damnatæ in extraua.

In extraua. Benedicti quæ incipit, Benedictus deus. Primo damnatur error dicentium quod nullus vidit diuinam essentiam vel esse perfecte beatus ante diem iudicii.

Item quod animæ decedentes in peccato mortali, non immediate ad inferna descendunt.

Item quod non oēs homines in die iudicii ante tribunal Christi cum suis corporibus apparebunt reddituri de suis factis rationem, ut recipiant secundum ea quæ gesserunt pœnam vel præmium.

In extraua, quæ incipit, quia quorundam, damnatur hæresis quorundam doctorū de paupere vita dicentium duas esse ecclesias. Vna carnalis quæ uiuit in deliciis, cui preest mysticus Antichristus papa. Alia ecclesia spiritualis quæ seruarur in eis. Secundo quod nullus prælatus habet potestatem super subditos. Tertio quod nullus apostolorum habuit cognitionem de Christo ante ascensionem. Quarto quod sacerdos existens in peccato mortali, non conficit eucharistiam, & multa alia fatua dicuntur.

Oldrardus de laude, consilio. 271. hæreticum dicit esse asserentem hominem malum non posse pœnitere in senectute. Contra illud de pœni. dist. 17. nemo desperandus est dum in hoc corpore constitutus est, quia nonnunquam quod diffidentia ætatis differtur, maturiori consilio perficitur.

Idem de eo qui diceret peccata dimitti a solo deo sine ministerio clauium scientiæ, contra quod habetur de pœniten. dist. prima, per totum.

In extraua Ioan. 22. quæ incipit. Vas elec. hæresis est dicere quod confitentes fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, teneantur eadem peccata quæ confessi sunt iterum confiteri proprio sacerdoti.

**¶** Finis tertii libri.

## ¶ Particula prima.



Tempus erit cum sanam doctrinam non suffinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & a veritate quidem auditum auertēt. 2. ad Timotheū 4. Hæretici nempe sensus superbia, & verborum astuta faciēdia, nouitatum amatores atrahunt, publicę fidei & professioni suę secretorum decreta præponunt, & cum nihil spirituale habeant, suauiore se catholicis doctoribus scientiam iactant docere, vt. s. libentius audiantur, quę palam in ecclesia dei dici erudiri que prohibētur, & vt sic dulcius hauriatur eorum insipientia apud eos qui in auribus prurimum habent ad audiendum quęque vana offeruntur, & sub Christiano vocabulo multas scelestas hæreses condunt, & nefandas fabulas & nenas, quales in theatris cantantur cōsingunt. **T**emporibus pro dolor modernis Luterani a quodā Martino Luter, Augustinianę professionis nūcupati, emerferunt quasi lutosę ranę de sordido gurgite, multas scelertas hæreses, inter bonum semen subseminantes, quibus multos a veritate auerterunt, secundum desideria sua ambulantes, ab vberitate matris ecclesię se segregarunt animales, spiritum dei non habētes. Non enim vult spiritus pacis & vnitatis sub tugurio morari scismatico. Vbi aduertendum, quod quemadmodum illa quondam Praga metropolis Bohemię exaltata fuit per Carolum quartum imperatorem in vniuersitatis fundatione, sed non diu post de Praga facta est praua, eo quod Hussitas generauit. Ita ciuitas vuitenberg quasi albus mons, per illustriss. principem Fridericum ducem Saxonię. Electorem sacri Imperii, sublimata fuit, radio illustrationis vniuersalis studii, sed conuersum est lumen eius in tenebras, & de vuitenberg facta est Viperiberg. i. viperarum mons, germinans Luteristas, ita vt de Luter & eius discipulis verificetur illud Actuum. 20. Ex vobis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se. **Q**ui Luter tanquam quædam lura impia dogmata antiquorū hæreticorum, a sanctis patribus sepulta, ex sepulchris fœtidis reuiuifcere contendit, atque ita pocula venenata Christicolis propinauit. Hic est alter **A**hiel, de quo. 3. Re. 16. reedificans Hierico, anathematizatā & maledictam hæresum & confusionum ciuitatem. Ideoque ratio nabiliter in sine post omnes hæreticos de eo fit mentio, nā ipse preci



puorum hæreticorum errores in suis recollegit libris. Propheta enī docens mendacium, ipse est cauda. Esa. 9.

Particula secunda quod Luter doc. ecclesia  
sticos floccipendit.

ad luter

**D**enomīnatus Luterus est quasi alter Hismael, homo ferus & manus eius ferme contra omnes. Omnes inquā doctores & se doctiores detestans, & non inepte ipse asimilatur Licophroni histrioni, de quo Aristot. in fine. i. Elen. quod Licophron fecit proposito lyram extollere, hoc est alia instrumenta musicalia sibi proposita spreuit, solam suam lyram laudādo. Martinus hic alios literatissimos respuit, quasi dictis eorum non sit adhibenda fides, & quod sue lyræ. i. delyræ male sonanti hæresi credendum sit quam ipse laudat. Merito histrioni assimilatur, quia pater eius dictus est Loder, & Dominus Ioan. Cochleus vocat arma Luteri histrionica. Recte inquit Grego. in cura past. ca. 4. 8. Hæreticos ad intellectum prauum, intentio praua non raperet nisi prius superbia inflaret, dum se præ cæteris sapientes arbitrantur, sequi alios ad melius intellecta despiciunt, atque vt apud imperitum vulgus sciētiae sibi nomen extorqueāt, student summopere & ab aliis recta destruere, & sua peruersa roborare. Et Augustinus. 7. super Genesim. ca. 9. Non ob aliud fiunt hæretici, nisi quod scripturas catholicas non recte intelligentes, suas opiniones contra earum veritatem pertinaciter asserunt. Sed dicit glo. super illud Apoc. 22. Ego conseruus tuus &c. Non sunt a munere prophetiæ alieni, qui habent gratiam interpretandi, vt Augustinus, Hieronymus, Ambro. Gregorius. Hæc ibi. Et sic deus non relinquit ecclesiam absque sanctis doctoribus.

Vnde olim lætabatur mater nostra Hierusalem, quia rex suus dispendatorem strenuum & ciuem fidelissimum de seruitute Babylonis sibi redemit Augustinum. Modo tristatur ecclesia militans, quia acerbissimum eius persecutorem conclusit sibi captiuitas Babylonica Luterinum. Multi quoque & diuersi doctores contra Luteri errata scripserunt, videlicet reuerendiss. Thomas Caietanus Cardinalis t. sancti Sixti, magister Syluester Prierias magister Palatii, Thomas Radinus Placētinus, Ambrosius Catharinus, Iacobus Hochstraten doctor & inquisitor, Dominus Ioannes Cochleus doctor & decanus Francforden. Dominus Ioannes Eckius doctor iuris, Iacobus Latomus Louanien. Illustriss. Henricus. 8. rex Angliæ ac dominus Hiberniæ, & dominus Ioannes Fabri episcop. Constantien. in spiritua libus vicarius. Ob id ego in hoc opere non volo Mineruam docere, nec ligna in syluam portare, sed dūtaxat spicas post terga metētium

colligere. Hoc tamen fateor, si Luterus solum in vitiorum reprehensionem prorupisset, & res fidei, & sacramenta ecclesie, & eiusdem determinationes non ita temere inuasisset, & contra reuerentiam culminis Aplici locutus fuisset, animo irreuerenti & infructu, nemo ut rusticus balatro contra eum scripsisset. Cum itaque nulla in eo subsecuta sit emenda, succidatur arbor & falsae sententiae & munitiones eius, in quibus ipse confidit vastentur. Finis enim locutionis sapientium esse solet, ut vsque eo dicant quousque aduersarius silentium impendant, non enim se ostendere, sed praua docentes cōpescere cupiunt.

Particula tertia de solenni combustione librorum Luteri.



Charo eradicabitur Sophonia. 2. glos. Hoc sustinebit quod vocabulo sustinebit, interpretatur enim Acharon eradicatio vel sterilitas, & sunt qui fructum non ferunt, sed praua doctrina plurimos eradicant, ipsi quoque eradicabuntur. Et Amos. 1. Dispergam habitorem de Azoto. Vbi dicit Hieron. De Azoto auferitur habitator qui literam sequens, vbera habet non lacte, sed igne plena. Omnes enim chartae vel libri haereticorum debent concremari, ut facinorosae peruersitatis vestigia, ita combusta flammis pereant. C. de haere. l. quaecunque, & de epali audientia. l. mathematicos, & istas leges & consimiles imperiales contra haereticam prauitatem, in fidei augmentum Bonifacius approbat lib. 6. de haere. c. inquisitionis. Nouimus autem omnes, quod quam iuste libri Luteri sunt in diuersis vniuersitatibus & ciuitatibus combusti. Praeterea cum magno zelo sereniss. imperator Carolus. v. & Hispaniarum rex nuper in dieta vangionica tradidit flammis vtriusque, instar ossium regum execrabiles libros Luteri in sua praesentia tubis clangentibus & buccinis, sic ad sonitum tubarum ceciderunt muri in Hierico. Et Amos. 2. Morietur in sonitu Moab & in clangore tubae. glo. haeretici nisi in clangore tubae moriuntur, ut excelsis sensibus opprimantur. In voce tubae mos est victorem redire de praelio, inquit Ruffinus. Aquila, in expositione symboli. Nec praetereundum est quod factum est Romae anno. 1521. duodecima Iunii, hora. x. secundum nostrum horologium, in campo agonis coram infinita ferme multitudine hominum vtriusque sexus, vbi erecta erat machina, ab vna parte fuit depictus Martinus in habitu monachi, ab altera parte fuit scriptum in tabellis. Martini Luteri haeresiarchae doctrina haeretica declarata & reprobata, & passim libri eius fuerunt affixi, & coram hac machina praehabita fuit oratio & declaratio sententiae per venerabilem patrem Cyprianum Ordi. Praed. sacrae Theolo. doctorem lectorem legentem.

In sapientia de domo vicarii papæ, ignis quoque cum machina compositus fuit & accensus per byri os. i. familiares inferiores vicarii papæ, & sic libri cum imagine auctoris adusti sunt. Esa. i. Erit fortitudo vestra vt fauilla stuppæ, & opus vestrum quasi scintilla & succendetur vtrunque. Et Job. Nonne succisa est erectio eorum, & reliquis eorum deuorauit ignis. Multa impietas in sectis hæreticorum, sed his a deo subuersis, subuersa est & memoria impietatis etiam ipsa dogmata igne cremata vt in Epheso tempore apostolorum, vt dicit glo. p. uerb. 12. Multi nempe sunt actus hæreticorum, qui vnitatem fidei & tramitem veritatis non custodiunt, & laborem vanum in libris componendis expendunt, quorum doctrina plena est rubigine erroris & nequitie, & eorum constructio variis & multis argumentis annullabitur.

**Particula quarta** Hæretici sunt comburendi, contra Lute.

**S**iquis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes & arefcet, & colligent eum & in ignem mittet & ardet. Io. 15. Augustinus super Ioan. homil. 27. vnum ex duobus palmiti congruit, aut vitis, aut ignis. Si in vite non est, in igne erit. Sarmenata enim præcisa de vite, proiciuntur ad ignem. Et recedentibus ab vnitatem ecclesie, comminatur ignis supplicium. Chrysofo. Duæ sunt poenæ doctoris mali, scilicet excidit & in ignem mitti. Hæresis enim relapsa, & falsificatio literarum Apostolicarum, ac vitium contra naturam, crimina damnabilia & damnosa, per ignem expiantur. Esa. 16. Domini gentium, id est apostolici viri exciderunt habitatores Sabama. i. hæreticos, ne ex illis hæresibus alia nascerentur in infinitum. Flagella eius. i. palmites vsque ad Iazer, quod interpretatur incendium, peruenerunt. Quare benedicitur Sap. 4. Conflagrentur rami inconsummati, & fructus eorum inutilis & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti nisi ad comburendum. Et circa hanc veritatem errauit Luter, dicens. Hæreticos comburi, est contra veritatem spiritus. Practica tamen ecclesie est, vt hæretici in cendio tradantur, vt patet in Ioanne Huss & Hierony. de Praga. Hæretici nanque in contradictione Choræ præfigurati sunt secundum Taddæum, qui viuus descendit ad ignem infernalem. Si enim diuinatores & aruspices concremandi sunt igne. C. de male. & math. quanto magis hæretici, domino teste & præcipiente. Maleficos ne pariaris viue. Et glof. super illud Leuiti. x. Egressus ignis a domino & cetera. His egreditur ignis a domino non qui sacrificia incendat, qui dicatur domini gloria, sed poenalis, vtrunque enim habet ecclesia, hunc ad illuminationem iustorum, illum ad poenam impiorum. Luter in

cidit in errorem Lulli, qui dicit, quod interficientes hæreticos sunt in-  
 luriiosi & viciosi. Iosue non peperit. 31. regibus, qui typum gestant  
 hæreticorum.

Particula quinta Duo gladii imminet. ceruici Luteri.

**E**cce duo gladii hic Lu. 22. Hoc verbum de gladiis ad  
 spiritualem intelligẽtiam est magis referẽdum quã li-  
 teralẽ, si enim humão deus eos voluisset vt i auxilio  
 centum nõ suffecissent gladii. Et sic beatus Bernar. in  
 de conside. ad Eugeniũ, Duo sunt, inquit, gladii eccle-  
 sia, Vnus spiritualis, alter materialis, Spiritualis ab ecclesia, materia-  
 lis pro ecclesia, Ille sacerdotis manu, ille militis est extrahendus nu-  
 tu sacerdotis & ad iussum imperatoris. ¶ Velit nolit prætenfus doctor  
 euangelicus, habet contra se duos gladios ecclesiasticos. Excommu-  
 nicatio quẽ est mucro spiritualis, contra eum est lata, vt patet in Bul-  
 la Apostolica, anno. 1520. de cimo septimo calend. Iulii Romæ data. Se-  
 cundum enim Ioãnem. 22. in extraua. sua. Sancta Romana. Dignum  
 est vt adulterinas plantationes, quas non pater cælestis, sed humane  
 temeritatis audacia plantat Apostolici culminis celsura diuellat, ne  
 patiat in agro dominico peruersæ congregationis vepres excres-  
 scere, cui proprium est diuina opitulante gratia virtutes serere, ac  
 vitia radicitus extirpare. Edictum quoque Augusti in cõdemnatio-  
 nem librorũ autoris exiit Vvormatiæ anno corrente. Augustinus  
 in lib. de correctione Donatistarum ostendit vtile & necessarium esse  
 se quod hæretici legibus imperialibus corrigantur, est enim lex de-  
 lictorum coertio. ff. de legi. l. ii. & a deo propter vindictam noxiorũ,  
 potestas gladii est permessa. 23. q. 4. capitulo Quæsitum. Hoc enim  
 præsidium in ecclesia esse Christus voluit: sciens quod ecclesia iam  
 dilatata & præuolenti inæquitate sine gladio materiali gubernari  
 non potuit.

¶ Declaratoria Cæsareæ ac catholicæ Maiestatis  
 contra Martinum Luterum ordinatio, galli-  
 ca lingua & manu propria scripta.



Dnes scitis me a Christianiss. imperatoribus Ger-  
 manicæ nationis catholicis Hispaniarum regibus,  
 archiducibus Austriæ, ducibusque Burgundia ori-  
 ginem ducere, qui omnes fidelissimi Ro. ecclesie  
 vsque ad obitum fuerunt, ac defensores catholicæ  
 fidei, sacrarum ceremoniarũ, Decretorum institut

tionum, sanctorum denique rituum ad honorem dei, augmentum fidei, & salutem animarum. Post mortem quorum cum natura iure hæreditario nobis has sanctas catholicasque obseruancias (vt in eis ad eorum exemplar viuamus & moriamur) reliquissent, nos tâquã verus eorum imitator hucusque diuino fulti adiutorio viximus.

Quapropter statuimus omnia supradicta, quæ prædecessores nostri ac nos hætenus conseruauimus, specialiter constituta per dominos prædecessores nostros tam in concilio Costantiën, quam alibi esse æquum conseruare. Nam omnibus euidenter patet solum Fratrem opinione sua errare, qui cõtra vniuersam Christianitatem, tam præteritam vltra mille annos tam præsentem esse vidimus, qua opinio ne vniuersa dicta Christianitas fuisse & esse dicitur in errore. Igitur in hac re omnibus meis regnis, prouinciis, amicis, corpore, sanguine, vita, ac denique anima incumbere decreuimus. Nam magna nobis profecto esset ignominia, ac vobis qui ex nobili & insigni Germaniæ natione oriundi estis, qui omnes singulari priuilegio ac preeminentia protectores ac defensores Christianæ fidei constituti sumus, & nostro tẽpore non solum hæresis, sed ne suspicio hæresis, aut Christianæ religionis diminutio, negligẽtia nostra orta, post nos in mortalium mentibus, nostra perpetua ignominia nostrorumque successorum remaneat. Pertinaci itaque audita responsione, quam heri Luterus in nostrorum omnium præsentia dixit, vobis declaramus, moleste animum ferre tandiu cõtra dictum Luterum, eiusque faniosam doctrinam procedẽdi causam prorogasse, ac nullo modo decreuimus eum amplius loquentem audire, sed vt sit statim reductus iuxta formam sui salui conductus, eiusdem tenorem seruantes, prohibentes eum ne prædicet ne ve plebem sua pessima doctrina commoueat. Nec det causam, vt in plæbe aliquis oriatur tumultus, ac vultu superius diximus, decreuimus, ac deliberauimus cõtra eum procedere sicut contra hæreticum virum & probatum, viros vt in hac re mentem vestram tanquam boni Christiani significeris, ac quem admodum mihi polliciti estis. Datum Vormatiæ manu propria, die. 19. Aprilis. Anno. 1521.

Carolus.

### ¶ Principalis responsio Luteri.

¶ Affirmauit Luterus omnes libros suos, & suo nomine & voluntate euulgatos, nec velle eos in æternum reuocare.

Particula sexta De sequacibus Luteri  
charitatiua admonitio.

Siquis non obedierit verbo nostro per epistolā, hunc notate, & non commisceamini cū illo vt cōfundatur, 2. ad Tessal. 3. Expediit homines pestilētes fugere. Nequitia enim hæreticorum comparata serpentibus & feris animantibus terræ, crudelior est, quia illi lædūt corpus & animam, ideo eorum sequela noxia est. Hæreticorum nanque astutia nonnunquam non aperta frōte, sed dolese incautos decipit. Audire ergo qui sequimini Lutereum cōsiliū sancti Ignatii in epistola ad Philadelphīenses. Tali. s. corruptori vineæ Christi, ne commisceamini ne simul cum eo pereatis, nec si pater sit, nec filius, aut frater, nō enim, inquit, parceret oculus super eum, qui ergo odio habent deum, oportet etiam vos eos audire, & super inimicos eius tabescere. Hoc tenete quod a progenitoribus vestrīs in his quæ fidei sunt didicistis. Ex iniquis omnes filii qui nascuntur, testes sunt inæquitæ. Sapien. 4. Nolite ergo fieri hæreticorum defensores. Nam. 24. q. vi. qui aliorum, dicitur, Ille qui hæreticos defendit, non solum est hæreticus, sed hæresiarcha censendus. Et. C. de male. & male. l. culpa. Culpasimilis est tam prohibita discere quā docere, æquū enim vt immanissima sacrilegia par pene magnitudo percellat. Et Ioannes. 22. in extrava. quia quorundam mentes sic pater mendacii dicitur excecasse, dicit, Siquis dānatas hæreses deinceps scienter verbo vel scripto defendere vel approbare præsumperit, de fratrum nostrorum consilio decernimus tāquam hæreticus ab omnibus cui denter habeatur, vbi dicit Zenzelinus de Cassianis. Equiparantur ista duo verbo aliquid proferri vel scripto, & hæc ex certa scientia, secus autem disputationis causa ad veritatis indaginem, ex quo sumitur argumentum quod excommunicatus est participans scienter cū excommunicato, cum eo loquendo vel scribens ad excommunicatum, ita sentit Garri. extra de senten. ex. capi. cōstitutione m. li. 6. Sed e regione qui veritatem sequuntur euāgelicā, liberabuntur sapientia catholica, ne decipula hæreticorum decipiantur.

Particula septima Quod Luterus est sæditio  
sus & scismaticus in populo dei contra ecclesiasticam  
libertatem.



Inuenimus hunc hominem pestiferum & concitantes seditionem. Actuum. 24. Dixit Tertullianus orator nomine, seniorum iudeorum malitiose contra Pauli accusationem. Et in proposito hoc uerbum impletur in Lutero. Inuenimus hunc hominem. &c. Seditio enim importat quandam contradictionem inter partes unius multitudinis, & opponitur paci & unitati multitudinis.

haeretica doctrina corda perturbat, & de gente in gentem pergens seditionem excitat. Non est hic doctor a deo nec euangelicus doctor & magister imitator Christi doctoris pacis, qui in una propositione dicit. Si imperator uel princeps reuocet libertatem datam personis & rebus ecclesiasticorum, non potest eis resisti sine peccato & impietate. Quomodo res ecclesiarum auferent posteri quorum praedecessores illas fundauerunt. Glo. super illud. Esa. 9. Aedificabunt filii peregrinorum muros tuos dicit, principes gentium qui per orbem aedificauerunt sicut Constantinus qui Romae duodecim ecclesias in honore duodecim apostolorum fecit. Et multi alii qui multas construxerunt ecclesias & necessaria praebuerunt. Profecto Constantinus imperator Helena mater eius, Carolus magnus, & sanctus Henricus imperator erunt iudices eius qui eneuat immunitatem libertatis ecclesiasticae, & suscitauit & nutrit tyrannicam impietatem, & anhelat ad ecclesiarum spoliationem. Hoc modo coepit praedicare Ioannes Huss baronibus & nobilibus in Bohemia. Sed miror ualde quod episcopi & ecclesiastici istis procellosis periculis non se opponant, uereor tamen quod multi eorum in eorum curiis Lutherinos nutriant & eis adulentur, non metuentes instantia eorum pericula. Est notandum quod Luter potest etiam dici a lutina, fertur enim quod sit artificia lis lutinista, utinam tamen repelleret a se persuasorem seditionis & turbationis sicut Dauid cithara repellebat malum spiritum a Saul: Cui itaque istum pacis aemulum assimilabo? Et reuera illi tympanista qui in Franconia, quae Francia orientalis dicitur, fuit anno domini Millesimo, quadringentesimo, septuagesimo sexto. Hic erat animalium brutorum pastor apud uineulum Nicolaes Hufen vocatum, hic sectatores plures nactus vnus diffundere coepit, perniciosius, qui & sacerdotes & religiosos in populorum inuidiam adductos, spernentes abiectos habere coeperunt. Is uero simulatam puritatem quandam & innocentiam uitae praeponebat, edocens uitam clari ignominiosam fore. Telonia & pedagia dominis non esse soluenda. Omnes aquas & nemora libera omnia.

ad henricum

...

...

bus esse, ac nonnulla alia nefanda in populo seminans qui nouitate gaudebat. Ea sibi virginem Mariam enarrasse predicabat. Undique igitur gentes votis occurrebant, diebusque festis maxime concursu hominum, longum sermonem in odium clerici deducebat. Verba enim impiorum insidiantur sanguini. Prouerborum. 12. Et hæreticus propriis instat inuentionibus, sed cum stulticia apparuerit per sanctos predicatores, diuinis arguetur sententiis. Hoc igitur a Rodulpho episcopo Herbipoliensi missi exploratos, inde sectatorem principalem ad Herbipolim ducentes, igni tradiderunt. Post cuius mortem hæc peregrinatio virorum & mulierum euanuit. Vtinam & eo pacto quasi ad Michridatis literas omnes factiões & seductiones Luteri de medio raderentur & sua reuiuua serpentina plantaria rarefacta simul morarentur & ipse Luterus in Hier. in epistola ad Pammachium & Oceanum puro corde diceret, illam semper teneo fidem in qua puer renatus sum.

Particula octaua Luter sigillat papam irreuerenter.

**D** Osuit Luterus in celum os suum & lingua eius transiuit in terra. Papatum esse regnum Babylonis & potentiam Neroth robusti venatoris appellans, ac animo irreuerenti & infrunito dominum Papam vocas antichristum & aliis nominibus ignominiosis vtendo quod minus facere non presumeret, & in hac parte Rutenizat & Boemizat & peius loquitur quam Vualdenses, qui Romanum presulem non antichristum, sed reliquis episcopis parem esse dicunt. Et indubie capiti ecclesie papæ. scilicet sanctus Bernar. in. 2. lib. ad Eugen. omnem honorem attribuit, dicens. Papa est sacerdos siue pontifex magnus princeps episcoporum, heres apostolorum, principatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, victima Christus. Et alibi Papa est frater diligentium deum, dux Christianorum, amicus sponsi, & sponsus paranympus, de ordinatione plebium pastor, magister insipientium, refugium oppressorum, pauperum aduocatus, miserorum spes, pupillorum tutor, iudex viduarum, oculus cecorum, lingua mutorum, baculus senum, vltor scelerum, malorum metus, honorum gloria, virga potentium, malleus tyrannorum, regum pater, legum moderator, sal terre, orbis lumen, sacerdos altissimus, vicarius Iesu Christi. Et summus pontifex dicitur non conformatione sed capacitate, non comparatione meritorum sed ministro rum. Est enim summus inter ministros. Et ergo. C. de sum. trini. l. j. vbi

ad Lutem

Præterea  
hoc magis



dicat Imperator. Nos reddētes honorem apostolicę sedi & dignitatē vestrę & nobis in voto fuit & est vt decet patrē honorantes vestrā beatitudinē & c. vnde Papę obedire est de necessitate salutis, & p̄t̄m̄ paganitatis incurrit qui quum Christianum se asserit, sedi apostolicę obedire contēnit. 81. dist. Si qui sunt caueant ergo subditi ne facile iudicent facta p̄latorū contradicētes ordinationi dei qui illi p̄tatem dedit scriptū est. Omnibus p̄as a dño deo. Et querentē quomō iste Lutherianus diuina mysteria peragat an ne omittat ī canone missę hęc clausulam vna cum famulo tuo Papa nostro. Hoc sacrilegium esset quia Canon missę totam passionem Christi representat, & sicut illa integra, ita verba Canonis debent integraliter pronuciari secūdū Albertum magnū & Gabrielem Biel & alios expositores Canonis. Si ergo nomen Papę proferat sicut Papa est famulus Christi & non antichristus, vel ipse orat pro Antichristo, quia ipse Papam antichristum nominat, sed sicut dicit Rupertus Abbas Tuiciē. super Apocalip. Contra Aaron pontificem Baalam Arsolus, contra Petrum Simon Magus, contra quempiā legitimū Romanę ecclesię Antistitē, nonnunquā aduler qui libet introducit ad maledicendū, hæretici facies catholicorum non erubescunt, sacerdotum quorum tamen dignitas veneranda est. Nec tyranni sunt qui in communi republica iure principantur, sed oīs superbus hæreticus iuxta modū suū tyrannidē exercet, & nisi ipse in corde tumeret, praua asserere nō certaret.

**Particula nona.** Romanis iniuriatur & Bohemis adulatur.



**V**equidicitis bonum malum & malum bonū, ponentes amarum. s. falsum in dulce & dulce. i. verum in amarū. Esa. 5. Et secundum translationem Aquilę, ve qui dicitis malo bonus es, & bono malus es. Nam prouerb. 17. Qui iustificat impiū, & qui condemnat iustum, abhominabilis est vterque apud deum, quia fecit contra iustitiā. Pariformiter Luterus malos. s. Bohemos bonos dicit quos tāquam hæreticos Roma singulis annis execrat. Et bonos. s. Romanos, malos & hæreticos nominat, dicens in sua captiuitate Babylonica non Bohemi nec Græci sunt hæretici & scismatici noīandi, sed vos Romani estis hæretici & impij scismatici. Cōtra illud quod dicit Apostolus ad Romanos. 1. Omnibus qui sunt Romę dilectis dei & vocatis sanctis. Et infra. Gratias ago deo meo quia fides vestra annunciat in vniuerso mūdo. Ambrosius. Multis proficit fides Romanorum. Roma enī communis omnium est patria. ff. ad municipales. l. Roma. iterum dicit Ambro. in lib. de excess. fratris. c. 7. Roma. ecclesia cōmunis est omnibus catholicis p̄culdubio vt caput. Dixit etiā Laurentius Pluder

ms. l. lxxxii  
lxxxii

lxxxii

dus Neapolitanus in breuiario decreti. 24. q. 1. c. memor. qd̄ Romā  
 na ecclia nullā h̄eresim fouet, sed h̄ereses destruit, & sunt verba Sixti  
 p. p. p. Memor sum sub illius noīe ecclesie p̄sidere, cuius confessio a  
 dño Iesu Christo glorificata est. Et Euseb. papa, in sede ap̄lica extra  
 maculā semper est catholica seruata religio. Et nullis h̄eresibus Ro-  
 mana succubuit ecclesia, nō timet errare qui tenet fidē quā Romana  
 tenet ecclesia. Immo oēs quēstiones fidei ad eā proferēdæ sunt & ter-  
 minandę. **A** Ro. autē ecclesia deficit Bohemia & Gr̄cia, iugum obe-  
 dientie excussit, qui autē iam in eā damnatā h̄eresim labitur, eius dā  
 nationis se participē facit. Ad hoc est bonus textus. 24. q. 1. ca. Acha-  
 tius. Non est factus inuētor noui erroris, sed veteris imitator, atque  
 ideo non erit necessariū, vt aduersum eū noua sententia prodiret, sed  
 antiqua tm̄modo renouaretur. Martinus nō n̄, sed Bohemicus, an-  
 tiquas stipulas cōbustas reuiuiscere conatur, sed nō sic impij non sic,  
 nam verba tua non ad salutem animarum, sed ad vsum tuæ nequi-  
 tie contra catholicos litigando conuertis. Duo sunt genera locutio-  
 nis. s. peruersa laudare & recta vitupare. Et quid ad Romanos quod  
 Gr̄ci & Bohemi perierunt?

**Particula. x.** Decreta, Decretales leges, Theologiā scholasticā,  
 doctrinam Aristotelicam audet supplantare.



Vlerunt spicas. Iob. 24. hic secundū glosam de h̄reticis ex-  
 ponitur, qui in eorū mēte patrū sententiās destruit q̄ p̄ spi-  
 cas significant, quia dum per figurā eloquia proferūt ab  
 eis tegmen literę quasi aristarū paleas subtrahimus, vt me-  
 dulla spūs reficiamur. Luterus enī summorum pontificū decreta h̄-  
 reticissima vocat, dicitque, statuit leges papa, sibi statuat, mea salua  
 libertate, vel occulte surrepta, nō etiā, inquit, formido Ro. ep̄i vni-  
 uersa decreta, quæ simul & decretales, quibus ī scholis & iudicijs vti-  
 mur, cōbussit. Et sic in Luteranis illud Iob. 24. impletur. Alii termi-  
 nos transfulerunt, quia h̄retici cōstitutiōes patrū p̄uaricando trā-  
 scēdunt. De legibus quoque ip̄erialib⁹ quæ sacros canones plerūq̄  
 imitant. Dicit hoc, scio nullā rē legibus feliciter administrari. Sic enī  
 prudens fuerit magistratus ductu nature, oīa feliciter administrabit  
 quā legibus. Attendite dñi Facultatē quot & quantas occasiōes  
 querit ad eneruandū oēs vniuersitates. Vniuersitas nāque est quasi  
 monostērō, hoc est vnū ex quatuor, corpus enī heterogeniū est ex  
 quatuor facultatibus, tanquā partibus integralibus cōpactum. Ab  
 hoc corpore aufert facultatē iuridicam, & secundū eum non forent  
 amodo doctores nec in iure pontificio, neq̄ imperatorio. Corrodit  
 quoque doctores theologiæ, quorū quosdā Ro. ecclesia ad catalogū

bohem  
 1725

in 17 luteran

in 17 luteran

in 17 lu

227. lvi

melior  
220

sanctorum posuit. Aristotelē iubar philosophorū pessundat, diēs,  
 Philosophia Aristotelis de virtute morali, de obiecto, de actu elicto  
 talis est quæ nec in populo doceri possit, nec est scripturæ intelligen  
 tiæ vtilis, quia cōtinet duntaxat portenta verborum, non nisi ad cō  
 tentiones verborum conficta, ita quantum trahi potest ex suis erro  
 ribus, non relinqueretur in aliqua vniuersitate nisi facultas medica  
 nalis, de qua non meminit. Fortassis ex hac radice hoc puto eum fec  
 cisse, quia in iteriori homine sautiatus est, eo que pharmacia indiger,  
 sed dicit Esaias. Ego non sum medicus, scilicet ad curandum hæreticū  
 cum, nisi deus eum corde contritum & ad veritatis viam reductum  
 sanare velit. Sed quid dicemus ad hæc oīa, qui enim decretalibus cō  
 tradicit, vel eas non recepit, catholicam & apostolicam fidem crede  
 re non probatur. dist. 20. c. de libellis, sic scribit Leo papa ep̄us Britan  
 niæ, & Damasus papa, violatores Canonum voluntarie grauitè a  
 sanctis patribus iudicantur a spiritu sancto (cuius dono dicati sunt)  
 damnantur, quoniam blasphemari spiritum sanctum non incon  
 grue videntur. 25. q̄o. l. ca. violatores. Sed si ipse negat ius commune  
 a quo genus humanum regitur, retineat ipse ius p̄sanum. De quo  
 Esaię. 65. Ius profanum in vasis eorum, qui dicunt recede a nobis.  
 Glo. ius profanum in vasis eorum, id est in hæreticorū libris arte hæ  
 retica conditum est. Et in tantam amentiam veniunt, vt qui ipsis nō  
 fuerit similis, quasi perditū detestentur. Insuper hæretici sensum san  
 ctorum patrum spernunt & errores nouos quasi ludos varios pro  
 pter fauorem humanum & terrenum lucrum fingunt errantes & in  
 errorem alios mittentes, vt inexcusabiles sint cum iudicabit deus  
 occulta cordium, & hæretici qui a sanctæ ecclesiæ gremio extranei  
 existunt, constitutiones sanctorum patrum præuaricantur, & impe  
 ritos ad se peruersis persuasionibus trahūt, & doctrinis pestiferis ad  
 interficiendum nutriunt. Si leges debent tolli secundum eum, vbi  
 ergo manebunt legum conditores? Quomodo stabit illud Prouer  
 biorum. 8. Per me reges regnant & legum conditores decernunt.  
 Vefaniam suam in Aristotelem parumper pondero, cum scientia  
 non habet inimicum nisi ignorantem, nihilominus secundum Hen  
 ricum de Gandauo in prima parte. Auditor theologiæ debet esse  
 instructus in scientiis secularibus, ex ipsis enim ingenium acuitur &  
 facilius arcana penetrantur secundum Augustinum de quantitate  
 animæ, & error M. secularium cognoscitur & declinatur. Et secun  
 dum Ambrosium super Lucam, legimus alia non vt teneamus, sed  
 vt repudiemus. & facilius ex creaturarum cognitione ad diuinorū  
 cognitionem eleuemur.

Particula .xi. Opera Dionysii & Thomæ Aquinatis  
carpit & declinat Luterinus.

**N**E despicias narrationem presbyterorum sapientium, & in pro  
uerbiis eorū conuersare, ab ipsis enim discas sapientiam & do  
ctrinam intellectus. Eccl. 8. Arrogantes autem hæretici multa  
inepta loquuntur, & in locutione sua semper incipere student, quasi  
suspenfos auditores faciant, qui nouū audire aliquid expectent. Lu  
terus autem cuius doctrina in lutrinam quasi latrinam proiecta naso  
runcato subsannat opera **Dionysii** Areopagitæ discipuli sancti Pau  
li episcopi Atheniēsis, Francorum apostoli martyris inclyti, inter  
alia subdole euomens quod nihil firmæ sit & solidæ eruditionis in li  
de cælesti hierar. sed omnia meditata in illo lib. sunt somniis similia.  
In theologia mystica perniciosissimus est Platonifans magis quam  
Christianifans. In ecclesiastica vero theologia ludit allegoriis, quod  
est otiosorum hominum studium. Hæc ille. Sed profecto proprium  
est arrogantis hæretici, vt cum rectū vel parum senserit inde eleue  
tur, vt quasi doctior reuerentiam a melioribus exigat, hinc & clara  
pompositate addit. Mihi non fuerit operosum meliorē hierarchiam  
scribere quam Dionysii sit. Forte iste altius raptus fuit in cælum quā  
sanctus Paulus, a quo Dionysius (cui ipse iniuriam & irreuerentiam  
facit) ista didicit. Esto quod meliorē scribere hierarchiam possit, quid  
prodest tamen hæretico isti habere tantæ scientiæ diuitias, cum vni  
tate fidei in ea discernere nequiret, quomodo meliorē faceret hierar  
chiam qui optimam negat? quomodo allegorias satius cōfringeret  
qui allegorias deridet? asserens eas esse hominum otiosorum studiū.  
Quomodo saluabitur **Apostolus** ad Galat. 4. Hæc per allegoriam  
sunt dicta? Autor nempe sacræ scripturæ deus est, in cuius potestate  
est vt non solum voces ad significandū accommodet, quod etiā ho  
mo potest facere, sed etiam res ipsas. Ideo cum in omnibus scientiis  
voces significant. Hoc propriū habet scientia theologica vt res ipsæ  
significatæ per voces etiam aliquid significant. Ceterum non otiosi  
erant doctores solennes qui libros Dionysii & trāstulerunt & expo  
suerūt, sicut Lynconien. Marsilius Ficinus, Alanus, Gillibertus, Am  
brosius orator, Hugo, Albertus, Thomas & Ioannes philosophus  
in prologo trāstationis Dionysii ad Carolum imperatorem inquit.  
Nec velut nos otiosos inertie somnoque sopitos, per pessi estis dor  
mire, ne dum hesperis solūmodo apicibus studiū impendamus, ad  
purissimos copiosissimosq; graim latices recurrere haustūque inde  
sumere nō valeremus. Detrahit quoque beato Thomæ de Aquino  
cuius scientia creditur fuisse eidē inspirata, & ex mentis raptu & ora

In. lu.

luta

luta 3 750

stonis merito ipetrata, qui & ab aplis Petro & Paulo circa Esaiā fuit instructus. **Q**m & apud Neapolim vocē audiuit de imagine crucifixi. Thoma bene scripsisti de me, quā recipies a me mercedē? **Q**ui rñ dicit. Dñe nō nisi te. Sed dicitur. 24. q. 3. **Q**uid aut̄ iniquius est q̄ ipia sape & sapiētoribus doctoribus nō credere? **H**inc doctores errorum reddunt, quia catholicis tractatoribus aduersantur, nec vnq̄ veritatis discipuli fuerunt. **N**os aut̄ doctrinā sc̄torum patrum non debemus declinare, & nouellas doctrinas non sapientes cudere. **C**auemus hæreticorū insidias & deū timentibus conciliemur, & viā iustitiæ & veritatis nō deseramus. **N**ā Ecclesia. vbi supra. Non te prætereat narratio seniorū, ipsi enī didicerunt a patribus suis. **H**æretici aut̄ cum vera mala contra bonos non inueniunt, fingunt quę redarguāt vt contra doctos docti videantur, & contra doctores veritatis ventosa verba proferunt, & spiritum in naribus habentes stulto iudicio solos se sapientes putant.

**Particula. xii.** Stolidè Luter alumnos congregauit quos in fide non generauit.

**P**erdix clamauit, cōgregauit quę non peperit, fecit diuitias non cū iudicio, in medio annorū eius derelinquēt eum, in nouissimis suis erit insipiens. **H**iere. 17. **Q**m Luter nūc iniquitatis mysteriū operatur multos supplantando vt præmissum verbū ppheticū assumere cogat. **S**c̄d̄ m enī diuinos tractatores hoc ipsum verbū ad hæreticos referendū est, quos Propheta perdicī insipienti ausculę cōparat. **P**erdix sc̄d̄ m **I**sidō. a voce nomen habet, & sc̄d̄ m **A**lbertū a pdendo dicitur. **N**ā sc̄d̄ m **P**lynū & rerū naturalīū scrutatores perdix huius naturę fraudulentæ est, vt oua alterius perdicis surripiat, vt ea subtracta icubet & foueat. **E**o mō sc̄d̄ m **A**ug. cōtra Faustū contētiosus hæreticus vt perdix cōtentiosum animā malā clamat & cōgregat quę non peperit, hæreticus nanq̄ aliena rapit dū sanctę ecclesię filios callidę deceptionis clamore decipiēs ad se trahit, & dicit **g**losa super illud ecclesiastici. 11. Sicut perdix ducitur in caueā, **Q**ui prudentes estimātur sape versutia hæreticorū capiuntur. **S**icut enī venter plenus male digestum cibum foetide eructat, ita hæreticorū cōmoda fraudulēter pducunt dolosa cōsilia, vt quoscūque possint in caueā erroris & laqueū deceptiōis precipitent. **Q**uāta quę so mala audiuius & vidimus ex perdicī loquacissimo perditissimū loquor Luterū, quot enī hoīes in vtroq̄ statu sub hæresibus suis cōgregauit quasi forēt diuitiæ suę, liquido pcul dubio cōstat ī diuersis oppidis **T**eutonię quę hætenus fuit Teotonia. i. deificatio. **H**ęc oīa fecit n̄ perdix, **P**erdicē etenī naturales pugnacē dicūt & imūdū



ut palma sit victoris polluisse victā. In q̄ intellige diabolu. **Origenes**  
 pdix. i. diabolus clamādo p̄ hereticos, creaturas, q̄s nō gnāuit cōgre-  
 gat & alienas facit suas. s̄. simplices fidelium laq̄o hereticę factiōis ipe  
 dicit, sed Luterianista fecit diuitias nō cum iudicio discretionis, quia si  
 discretus fuisset, iudiciū dei vtiq̄ timuisset, sed iustitiā dei, q̄ oīa sub  
 lege sunt, in corde habuisset. Ideo dicit **Abacuc. 2.** Ve qui multipli-  
 cat. Non sua, vsqueq̄ aggerat cōtra se densum lutum, Lutū in domo  
 cōgregatum fœtorē exhalat, sic hēreses cū multiplicant & heretici ag-  
 gerant, nō suos mortis fœtorē generāt. Cæterū pdici fraus sua fru-  
 ctum nō habet, imo suū laborē pdic. Cum enī pulli per pdicē fori &  
 adulti audiunt vocē propriæ genitricis naturali q̄dā affectu matrē  
 putatiuā quæ eas fouerat derelinquunt & ad illā q̄ eos genuit remit-  
 tunt scđm **Isid. & Amb.** Hoc mō heretici in cassum frequētius labo-  
 rant dū p̄ eos decepti p̄ dei gratiā & sctōrū doctorū pdicationē ad vi-  
 tā fidē & pœnitentiā redeunt. **Io. 10.** Oues meæ vocē meā audiunt &  
 sequunt me. Mercenarios autē fugiunt. Sic fit vt in medio dierū hē-  
 reticorū diuitiæ nō suæ eos relinquant & ad pastorē qui eos redemit  
 remittant & sic visa eorū insipientia heretici finalr deficiēt. **2. Thim.**  
**2.** Non enī semper veritati resistēt quēadmodū nec Iamnes & Ma-  
 bres resistebāt. Mōsi in tertio signo q̄ eorū insipientia fuit manifesta  
 ra & dixerunt, digitus dei hic est. Spumet igit Luterus vesanias suas  
 & vt rana Esopi inflēt cōtra fidelium quietē intinā, tandē tñ inepta  
 sua doctrina vt malus. Naui in vertice mōtis relinquet, quia qđ a  
 spū sctō non est, dissoluēt, & scđm **Euangelistā.** Omnis plātatio quā  
 nō plātavit pater meus cęlestis irradicabit. Et **Hiero.** super illud **Esā.**  
**10.** & erit terrori profugus & reliquię ligni saltus eius præ paucitate  
 dinumerabitur. Hoc inquit ad hēreticos referri potest, iq̄ postquā ec-  
 clesiastica doctrina illuxerit, & om̄s eorum decipulæ patuerint, tunc  
 ad tantā deuenient solitudinē de saltu & infructuosis arboribus vt  
 innumerabili eorum multitudini quā hēretica prauitate deceperāt  
 vix pauci resideāt, qui eorū sequantur errorē. Concludo igitur cum  
**Hiero.** super locū thematis. Perdix iste diabolus per principes hēreti-  
 corū & si clamauerit & cōgregauerit q̄ nō peperit, & deceptorū mul-  
 titudinē congregarit q̄ postea demittet eum vt oīm iudicio stultissi-  
 mus cōprobetur. **Nā. 2. Petri. 2.** de hēreticis scribit. Audaces sibi pla-  
 centes. i. de se magnam sapientiā estimantes quod est argumentum  
 insipientiæ, hinc figuratæ dicitur ibidem & **Num. 22.** Subiugale mu-  
 tum animal in hominis voce loquens prohibuit prophetę insipienti-  
 am. **Hieronymus** super Hieremiam. **10.** ad tēpus. Cum electi quo-  
 que manifesti fiant & probati sunt. Cum autē visitatio dei venerit.

& oculus eius stulta prospexerit omnia conticescunt. Sed sapiētiam contra diabolicum perdicē quasi gallum congregat sub alis, & quae si aquila pullos prouocat ad volandum ad cælum.

**Particula. xiiii.** Quod obseruatio operum ceremonialium legis non est meritoria nec charitas requirit ea.

**Q**uid tētatis deū iponere iugū sup ceruices discipulorū qđ neq; nos neq; p̄res n̄ri portare potuimus. Inquit sc̄tus Petrus Actū. 15. Nonnulli enī de iudæis Christiani sed adhuc iudaizantes descendentes de iudæa docebāt fratres, quia nisi circumcidemini secundū morē Mosinō potestis salui fieri. Et ita docebant seruari oīa legalia. Circumcisio enī est protestatio vniuersæ legis obseruādę. Ad gal. 5. Cum istis iudaizantibus concurrat Martinus, qñ in vna sua propositione dicit, licet opera legis quęcunque fieri, sed ea requirit fraterna charitas mō nō lege cogente quo casu licet mō circumcidi, sine periculo & cū multo merito. Ecce quō serpens lubricus, & proteruus ipse Luterus inuariatū se mutat portēta hereticalium formarum. Nunc cum Helonitis mō cū Nazareis hæreticis, nunc cōuincit pseudo christianus & hæreticus, tunc iudaizator, & quīs ista suis in locis sint reprobata, alia tamē adducā argumēta contra eādē hæresim. Dicit enī Trenorū. 2. Prophetę tui viderunt falsa & stulta, viderunt tibi assumptiones falsas & erectiones, pseudo magistri nanc; absque temperamēto charitatis simplicium corda cōuertunt dolosis cōfessionibus falsa docentes, causa erroris aut socordię & iactatię. **Q**uō enim sine periculo opera legis & circumcisionis contingere possint cum per gratiam dñi nostri Iesu Christi credimus saluari, gratuitum enī donum dei datur sine opere legis, cum ad perfectum neminem duxit lex. Ad Hebræ. 7. Et quo pacto charitas opera legis requirat q̄ cum pctō mortali stare nō pōt, cum opa legis sint mortua non habētia vim aliquā, & mortifera, quia licite sine pctō obseruari non possunt. Ad Hebræ. 8. Dicēdo nouum testamētum, veterauit prius, quod autē antiquatur & senescit prope iteritum est, & ita in his operibus nullum reperitur meritum. **E**t quō dies & nox, veritas & vmbra, bona opa & pct̄m, onus leue & graue, Christus & Iudęus cōmisceri q̄ant scriptum enī est. Deu. 22. Non arabis simul i boue & asino. i. non recipies Euangeliū quod in boue exprimitur, & in Asino in iudeorum obseruatiā quæ asino pp̄t pōderis grauitatē assimilāt. Porro oē qđ ipedit profectū & fructū qui prouenit ex Christi redēptione pct̄m & sine merito, sic Apostolus ad Galatas. 5. loquitur de circumcisione, si circumcidemini Christus nihil vobis proderit. Et Damasceus in. 4. Veniente ve

ritate inutilis est typus & vmbra, quare superfluum est circuncidi & contrarium sancto baptisimati. Et ita actum. 15. vnanimi diffinitione conclusum est circuncisionem non esse obseruandam. Et quod inquit Apostolus ad Galat. 4. Conuertimini rursus ad egena & infirma elementa. Glo. Rursus dicit vt ostendat quod non distat modo lex post Christum, ab antiqua idololatria quae nunquam sine peccato fieri potest. Sunt igitur opera legis infirma elementa, quia non possunt a peccato mundare iuxta conscientiam ad Heb. 9. Et haec infirmitas prouenit ex eo quod sunt egena in se non continentia gratiam. Concludo igitur cum Apostolo, si data esset lex quae posset iustificare, Christus gratis mortuus esset. Recedat ergo a piis auribus Luteri theologia, immo stultilogia, & Iudeorum obseruantis non communicemus cum Ebionitis, Nazareis & Cherintianis & Luteranis haereticis.

Particula decimaquarta. Quod non est recens sanctorum inuentio.

**Q**uamnam doctrina haec noua? Marci. 1. dicebant & inter se querebant, qui mirabantur de miraculo quod fecerat Christus in eiectione spiritus imundi, & praestupore de potestate huius facti inquisitionem fecerant. Noua enim est haec doctrina, quia & mirabilis & confortata & non potero ad eam, sed in Psalm. Sed reuera de quolibet scismatici archa noua eudente haeresim inquiri potest. Quamnam doctrina haec noua quae in auribus nostris sonat. Haec quidam doctrina mala, quia profana, dum aliquid in ea deprehenditur fidei contrarium & coinquinat, sicut enim nouum vinum quamquam sit dulce, multas tamen intermixtas habet feces, sic & nouis adinventionibus haereticorum feculentum scismaticae vanitatis adiungitur, & hi sunt qui veteribus haereticis iungunt nouas, & propter hoc Apost. 1. ad Tim. 6. ait. Profanas vocum nouitates deuita, & ad Heb. 13. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Talia enim noua sunt quasi noxa a nocendo a satana procurata. Diabolus enim semper nouitate gaudet, vt di. glo. Eccl. Nemo enim facile noua introducere debet, vnde statuta antiqua remoueantur diff. 30. c. Hec. Vnde ex haereticorum nouitatibus fidei splendor obtenebrescit, speciei celsitudo tabescit. Amoris flamma refrigescit. Et turbida procella in ecclesia succrescit. Ita dixisse volui propter quendam articulum Martini in quo infronite dicit recens est sanctorum inuentio, vbi tenet bras pro luce producit, si profecto locutionem comparatam fecisset sacramenta nouae legis ad antiqua legalia conferendi palliationem aliquoties habuisset. Nouum enim dicitur id quod est ad antiquum. Esa. 43. Ne memineritis priorum & antiqua ne intueamini, ecce ego facio noua, sed ipse absolute hanc pronuntiat recens est sacramentorum inuentio.

○ incauta locutio quasi ad homine sacramenta de nouo forent insti



tuta. Et nō immediate a Christo. Ex verbis, Nēpe inordinate prolatis iucurritur hæresis secundū Hiero. & hæc est præsumptuosa ac impia blasphemia & veritatis dolosa immutatio. Nō fideliter in sacramentorū iniuriā garrula, sed ad gubernatorē ecclīæ, & sacrorum institutorem recurramus, illum sedulo excitemus, qui nō seruit, imperat ventis, sed vt oīa sedet, portū salutis indulgeat, hostē ecclīe manifestū cōprimat, quē ecclīasticorum sacrorum autori derogat qui & sui erroris cæcitate inuolutus ecclīe calumniā inferit. Sed transeamus ad propositionis palestrā & suppono quod apostoli & eorū successores sunt vicarii Christi quantū ad regimē ecclīe cōstituti super fidē & fidei sacra. Et sicut non licet eis nec totie ecclīe aut concilio gñali constituere aliam ecclīam, ita non licet eis tradere aliā fidē. Nec instituire alia sacra, nec ea mutare, nec in eis q̄ ad substantialia dispensari. Sed per sacra quæ de latere Christi pendētis in cruce fluxerunt, ecclīa debet esse fabricata. Vnde & Ioan. 19. dicitur. Vnus militū latus eius aperuit, & cōtinuo exiuit sanguis & aqua. Aperuit, inquit, Euang. latus eius vt illuc quodā mō vitē hostiū panderetur, vnde sacra ecclīe emanarunt, sine quibus ad vitā non intratur. Sic enim hō descendēs de Hierusalē in Hierico vulneratus a latronibus ad stabulum reduci tur, A Samaritano qui vulnerato appropians, vulnerum alligamēta adhibuit, dum cōtra originalis pcti & actualis vulnera sacrorum remedia Samaritanus instituit. Ille eī instituere dicitur, q̄ illi robur & virtutē tribuit, sicut etiā de legū institutoribus dicitur. Virtutis autē sacrorum collator est Christus & ipse solus sacrorū est institutor, q̄ ad modū etiā deus dedit pplō hebrai. sacra legalia certo tpe curretia & solum illum pplm obligētia. Et finaliter ecclīa inuētores nouitātū & errorū diiudicādo respuit, eosq; inter veros prēs nūerare cōtēnit.

**Partícula. xv.** Quod sacramentum Eucharistiæ non ministratur laicis sub vtraque specie.

**S**ic nos existimet hō, vt ministros Christi & dispensatores mysteriorū dei. 1. Cor. 3. Ministri ecclīe deo cooperantur sacra pplō ministrando mediatores inter deū & pplm quibus dispensatio credita est. Et licet sacra. instituere & mutare nō possint quo ad substantia lia, quia hoc est de iure diuīo, tamē eorū ministratio & dispēsatio eis credita est, quia hoc est de iure humano. Christus autē quo ordine & modo sacm eucharistiæ fidelibus foret ministrādū vel sub vna specie vel duplici apostolis & eorum successoribus reliquit ordinandum. Et in primitiua ecclīa non generaliter, sed in certis ecclīis fideles laici sub vtraq; specie sumebāt. Hoc tūc paucitas fidelium admittebat deuotione concurrēte cum religiosa cautela, & propter vicinitatem

dñice passionis maior viguit deuotio in populo Christiano, & sic su-  
 mentes sub visibili signo & specie appropriata sanguini feruentio-  
 res erant, & ad sanguinē effundendū pro fide paratiores. Ad Phil. r.  
 Vobis datum est non solum vt in eum credatis, sed etiam pro illo pa-  
 tiemini. Cessante autē tyrannorum persecutione ecclesia instructa pe-  
 riculis & scādalis ex communione populi sub vtraque specie p̄oue-  
 nientibus, concilia generalia celebrare cōpit, ritum antiquum cōmu-  
 tando, vt videlicet sub specie panis tātum hoc sacramentū laicis da-  
 retur. Hinc impie dicit Luterus. Ego conabor ostendere oēs esse im-  
 pios qui vtriusq; speciei cōmunionem laicis denegant. Et iterum ne-  
 gare laicis vtranque speciem est impium & tyrānicum. Hæretici enim  
 securi oīa se superare putant, sed sicut v mbraculum custodis trāseun-  
 te tpe destruitur, ita congeries hæreticorum mox euanciscit & quia  
 ista assertio temeraria est, & ad solum proiicienda vt ab hoibus con-  
 culcetur. Denegatur itaq; cōio sub vtraque specie laicis ob euitatio-  
 nem magnorū periculorū quæ cōtingere possent in distillatione san-  
 guinis, propter multitudinē sese circa altare præmentū, & item gn̄a  
 le conciliū præcepit, vt sacerdos eucharistiā sp̄ habeat paratā propter  
 infirmos, ne sine cōione moriantur, de conse. dist. 2. presbyter. Ibi nō  
 præcepit sanguinē seruari, quia opus esset cautela ne effundatur, aut  
 in hyeme cōgeletur, aut in acetū conuertatur. Ex effusione em̄ san-  
 guinis sequeretur nota irreuerentiæ, & Canones pœnitentias iniun-  
 gunt sacerdotibus negligētibus circa effusionē sanguis. De cōs. dist.  
 2. Si ergo fuisset necessaria cōicatio sub vtraque specie quoad laicos,  
 vtique canon posuisset pœnias graues ipsis laicis circa effusionē san-  
 guinis. Præterea credebant quidā simplices quod in altera sp̄e totū  
 Christū non recipent, iō vt hic error a cordibus fidelīū tolleretur,  
 ecclesia ordinauit, vt laici sub specie panis cōmunicarent. Christum ei  
 totus sub vtraque specie cōtinetur, & sub qualibet specie & sub qua  
 libet particula vtriusque speciei. Qui ergo sub specie panis cōmuni-  
 cat, totū Christum sumit & cum corpore sanguinē recipit, non enim  
 est corpus animatum & v inum sine sanguine. Bonauctura enī in. 4.  
 dist. 11. q. 2. miraculū adducit de eo, cui exiuit sanguis ab hostia, quia  
 non credebat, quod esset sanguis sub specie panis. Sic sæpe legimus  
 de iudæis qui hostiā consecratā malitiose perforauerunt & sanguis  
 inde stillabat. Sacerdos quoq; in die parasceues, qñ non cōsecrat cor-  
 pus domini, sub specie panis tātum sumit. Similiter in veteri lege de  
 libaminibus nihil habuerunt offerētes, sed solifacerdotes, per quod  
 significabatur potus huius sacri, & cum dicitur Joan. 6. Nisi biberi-  
 tis. &c. Non nominat speciem vini sed sanguinē. Virtus nanq; huius

p. 17 Lutero

figura

sacramenti non dependet a speciebus illis visibilibus, sed a rebus cō-  
 rentis sub speciebus. Et Christus quinq; milia hominum satiauit in  
 deserto, & non legitur de potu, & similiter de manna & de pane He-  
 liæ, quæ omnia figurabant eucharistiam. Nec potest aliquis doctorū  
 assignari a quingētis annis, qui teneat q̄ cōio sub vtraq; sp̄e sic laicis  
 necessaria. Hoc tñ est notandū q̄ ad consecrādum requiritur vtriusq;  
 sp̄ei integritas, ita quod sacerdos offerens sacrificiū non debet conse-  
 crare corpus nisi etiam cōsecret sanguinē. In vltima cēna Christus a-  
postolos ordinans sacerdotes dixit, hoc facite in meā cōmemoratio-  
nē. i. sub vtraque specie conficite, & non dixit sub vtraq; specie aliis  
 date. perfectio enim signi hoc exigit, quia in hoc representatur dñica  
 passio in qua sanguis Christi a corpore fuit separatus, & in hoc imple-  
 tur oblatio Melchisedech. Et in lege Mosi sacerdotes sanguinē offere-  
 bant, nō autē laici. Et verbum Apostoli. ad Corin. 9. hunc modum  
 cōmunicandi sub vtraque specie non præcepit, sed permisit & factū  
 Christi in cœna narrauit & præceptum non dedit, sicut in simili dici-  
 tur. Soluite templum hoc. &c. Et alibi. Quod facis fac citius. Hoc est  
 verbum permittentis, non præcipientis vel cōsulentis. In scriptura  
 sancta multa verba imperatiui modi, non ponūtur imperatiue vel  
 imperanter, sicut illud. 3. regum. 22. Egredere & fac ita. Et Ioannis. 13.  
Quod facis fac citius. Sed hæreticus quæ non intelligit in scripturis,  
 vt libet interpretatur.

**Particula. xvi.** Quod pugnandum est ad-  
 uersus Turcas.



I non pugnaverimus aduersus gentes pro anima-  
 bus nostris & iustificationibus nostris, citius perdēt  
 nos a terra. 1. Machab. 1. His verbis contrariari vide-  
 tur vna propositio Luteriana, quæ dicit, Præliari ad-  
 uersus Turcas, est repugnare deo visitanti iniquita-  
 tes nostras per illos. Vbi nota, quod in casu a deo p-  
 mittente sit vt exigentibus peccatis nostris in virga ferrea a deo vi-  
 sitemur & flagellemur in nostram correptionē per infideles, sicut le-  
 gimus hoc factum fuisse per Hunos & Scotos & Vvādalos, vt Atti-  
 la diceret se flagellum dei. Sed ex hoc inferre nō debet q̄ præliare ad-  
 uersus Turcas sit repugnare deo, & q̄nam hoc repugnat gestis vere-  
 ris testamenti, sacris canonibus, & nouæ legis historiis. Pugnavit ei  
 Israel orante Mose contra Amalechitas, qui figurabant Turcas sicut  
 & cæteræ nationes illius temporis. Amalechitæ enim interpretantur  
 gentes brutæ, & ibi designantur Turcæ brutaliter & spurcissime vi-  
 uentes. Itemque sol retinuit cursum suum ne victoris Iosue retineret

29  
 22  
 luteri

fray

triumphū a cæde pessimorū regum. Madianitarū munitissima castra  
 dissipauit Gedeō. Ammonitarū nūerosum exercitū supauit Iepre.  
 Superbissimos Philisteos hūiliauit Samson, David Goliā. Cananæos  
 exterminauit Delbora. Iudas Machabæus nationes gērium, multa  
 sunt hmōi in veteri lege. Sed. b. Tho. 1. 2. 10. 4. 21. 2. populū Iudæorū ad  
 hoc electus erat a deo q̄ ex eo Christus nasceret, & ideo oportuit to-  
 tū illius populi statū esse p̄pheticū & figurale, & iudicialia illi popu-  
 lo tradita sunt figuralia, sicut bella & gesta illius populi exponūtur  
 mystice. Arma eī & victorię antiquorū patrū, sunt nobis in exēplum  
 bellorum & p̄ ecclīa p̄sīa, vñ sicut tunc pugnatum fuit cōtra incircū-  
 cisos, ita in noua lege cōtra infideles, & p̄cipue contra Saracenos. Idē  
 repugnat sacris canōibus. Saracenos enī debemus p̄sequi, qui Chri-  
 stianos persequunt, & ex vrbibus & p̄p̄iis sedibz pellunt. 23. q. 8. c.  
 dispar. & ibidē canone oī timore & terrore deposito cōtra inimicos  
 sanctę fidei, & aduersarios oīum religionum agere viriliter studete.  
 Nouit enī om̄ps, si quilibet v̄sorum moriet q̄ p̄ veritate fidei & sal-  
 uatione p̄sīę, ac defensiōe Christianorum mortuus est, & ideo ab eo  
 præmium cæleste cōsequetur, & sic illa bella sunt meritoria, & ergo  
 scdm̄ Greg. ad Gennadiū Patritium & Eparchum Africę, sicut anti-  
 quitus ducibus cōcessum fuit bellare, sic & modernis, dū mō nō vel-  
 lent desiderio fundēdi sanguinē, sed rēpub. p̄ fide Christi ampliādo.  
 Ceterū qđ hoc non sit repugnare deo, patet ex gestis Christianorū  
 principū. Cōstantino magno ostēsum est signū crucis, hac voce audi-  
 ta. In hoc Cōstātine vīces, & Theodosio dicit. Onimīū dilecte deo  
 cui militat æther. Et cōiuocati veniunt ad classica venti. Insuper Ca-  
 rolus acturus ac p̄cellens Godefridus fortissimi Christiani produ-  
 cuntur in testes. Quid Ioānis Huniadis victorias referamus? Quid  
 Georgii Albani triumphos commemoremus? Nonne Conradus  
 marchio montis ferrati, omni anno tempore æstiuo contra Sarace-  
 nos pugnavit? De hoc poeta Samarientis,  
 Vnicus ille leo fidei vigor, vnicus immo  
 Murus & hostilis, vnicus ille timor.  
 Dux verus, & nostrę Conradus causa salutis,  
 Qui modo regnantes & fortes fregerat arces,  
 Cui genus & census robora multa dabant.  
 Accedet ad hæc oratio ecclēsię, Om̄ps sempiternus deus, in cuius  
 manu sunt omniū p̄tates & omnia iura regnorum: respice ad Roma-  
 num benignus imperiū, gentes quę in sua feritate cōsidunt potētię  
 tuę dextera cōprimātur. Et sic nisi pugnaverimus contra Turcas, ci-  
 tius perdet nos a terra. Nonne anno prætereūte Turca Belgradum

apud Danubiū, quā urbē taurinum appellauere maiores, ætas autē  
nostra Albā, quod oppidum totius regni Vngariæ erat claustrum  
& ante murale, in suā cœpit ditionē. Et successu t̄pis insulā Rhodū a  
militibus Hierosolymitanis v̄bellica accepit, quæ totius orientalis  
maris erat ianua. Nūc ergo strenui Christiani p̄cipes & milites acci  
gimini & estote filii potētes, vt pugnetis aduersus nationes Tur. da  
te aias pro testamento patrū, & mementore operū eorū quæ fecerūt  
in gn̄ationibus suis, & accipietis gloriā magnā, & nomen eternū, &  
ne timueritis potentia eorū, in deo enim facietis virtutē, & ipse ad ni  
hilū deducet tribulātes nos. **Aug.** Deus erit exercitus & victoria. In  
exercitu em̄ n̄ro dux deus est quē nō derelinquimus. 2. Para. 13. Et fa  
cite inter vos treugas & inducias scđm̄ mādatū sc̄ssimi d̄ni n̄ri pa.

**Particula. xvij.** Et finalis & remissoria.

(Adri. vi

**A**D iniquitatē eorū subleuabunt aias eorum. Osee. 4. Hæretici  
quanto plures, tanto magis deliquunt deo, & iuxta numerū  
suū āpliant dogmata errorū, & dicendo, deus nihil aliud que  
rit nisi veritatē fidei, quā si custodieritis, non curat quid agatis, & sic  
subleuant aias eorū in pct̄is vt non poeniteāt, sed in sceleribus gaude  
ant. Vnde & populus qui docetur, & sacerdos qui sic dicit, pariter pe  
ribunt. **Marti.** autē Luter inquit. Christum nunq̄ pct̄ores coegit timo  
re ad poenitētiā. Et itē verbum illud est periculofum diui **Hiero.** siue  
male positū, si male intellectū, quo poenitentiā appellat scđam post  
nafragiū tabulā, quasi baptismus nō sit poenitētiā. Cū tñ Lucas re  
ferat. Si poenitentiā nō egeritis, oēs simul p̄ibitis. Et apud euāgelistas  
baptismus & poenitentiā numerū ponunt. Pct̄m̄ quoque actuale cū  
cōsummatū fuerit, generat mortē, qđ nō nisi per p̄niam expiari p̄ōt,  
sicut originale p̄ baptismū. Ceterū exorbitanter circa sacra ecclesiæ  
errat. Hæreticus nēpe est qui male sentit de ecclesiæ sacris, extra de h̄  
re. c. ad abolendā. Et **Ambro.** seruorū brē virginis. Maior, iquit, oīm  
infidelitū pestis & fidei Iesu magis inimica est hæreticorū negantiū  
& sophisticantiū fidē euangelicā, sed fides habet quod sacra nouæ les  
his efficaciam habent ex Christi passione, sic nō est recēs inuentio sc̄ro  
rum. Et Luter quasi oēs errores V valdēsū renouat, & ligauit eum  
diabolus ne valeat stabilis manere, sed omni v̄cto doct̄inæ circūfer  
tur, & eius retributio erit luctus. Nā viā latā peruersitatis arripuit,  
& a recto tramite abiit. Nec istis erroribus satiat, etiā vltima duo  
p̄cepta decalogi inualidat, asserens qđ pct̄ā contra duo vltima p̄ce  
pta decalogi cōmissa sunt prorsus a cōfessione secludēda, cōtra illud  
**Esa. 1.** Auferte malū cogitationū vestrarū. Peruersæ cogitatioēs sepa  
rant a deo, & qui viderit mulierē &c. mechatus est, **Mat. 5.** **Psal.** Et m̄

127 lu

127 lu

Beyn

lutz

127 lu



## De Lutero & Luteranis.

iniquitates operamini in cordibus vestris. Aug. Quicquid vis & nō potes, deus factū reputat. Sed qui perdit cōscientiā bonarum cogitationum, necesse est vt in naufragiū multorū errorū deueniat. Et repulsa fidei veritate, in æternū pereat. Et Mat. 23. Ve vobis quī mādatis quod foris est, intus autē pleni rapina & imunditia. Cōtra quoq; frēs mendicātes perperā loquitur. & tñ Six. 4. in extraua, vices illius ait, cum in veritate fides nostra sit illuminata & ecclīa exaltata per Mēdicantes & præsertim p Ord. Præd. & Min. vt iu. test. De operibus mis scribit sic, Opera nihil sunt corā deo, aut oīa sunt æqualia, quantū ad meritū pertinet. Ponit vnam hipotheticā disjunctiūā, cuius vtraque pars est falsa. Fides enī sine operibus otiosa & mortua est, & qui facit veritatē venit ad lucē, vt manifestentur opera eius, quia in deo facta sunt. Ioan. 3. Contra secundā partē est disputatio Hiero. in. 2. lib. cōtra Iouinianū, quia si oīa opera essent æqualia, oēs sancti haberēt vnam remunerationē. Contra illud In domo patris mei mansiones multæ sunt, Et stella differt a stella. De aliis articulis dānatis i Bulla Apostolica & Edicto Imperiali, & in determinationibus vniuersitatis Parisiē & aliarū, & in Doctrinatione multorū doctorū supersedere volo, nec necesse est, vt singula deliramēta, quæ hæretici proferūt, vnus libellus subuertat. Offero tñ omnia p̄fata iudicio aliorū melius sententiū, & submitto me & mea paucula scripta correctioni eorundem.

### ¶ F I N I S.

¶ Fratr̄is Matthæi V vismariani, Ordinis Prædi. in Martinum Lutherum conspurcatorem Christianæ religionis impudentissimum Pentacontostichon.



Emideos sese cupiunt plerique videri,

Quos vix humanum nomen in orbe decet.

Cornigero vult rana boui præstare palustris,

Pulchrior est niueo coruus olore sibi.

Vile culex animal mentitur grande elephantī

Robur, aranea apis num lūpus agnus erit.

Mus leo magnanimus, ceruus vulpecula haberi

Appetit excelsus, candidus ater homo.

Omnia cernimus inuerti nequam ingeniorum

Vipereo flatu, quem stolidā ora vomunt.

Post primeuorum diruptas hæreticorum,

Et fufas acies, en noua monstra fremunt.

Lutra rapax genere amphibio exteriore Luterus.

Pelle nitens, intus viscera fœda trahit.

**I**mpius, elatus, trux, intractabilis, audax,  
Garrulus, imprudens, perfidus, asper, hebes.  
**I**n sublime ratus crassum se figere posse.  
Ingenium numen, lucido ab axe ruit.  
**S**æua cui ambitio doctos incessere suavit,  
Illustresque viros nominis aucta fama.  
**R**umpitur immiti sciolus præsumptor agone,  
Hieronymo Ambrosio cedere turpe putans!  
**I**ndocta indoctus diffudit dogmata doctor,  
Nimirum indocilis rite docere nequit.  
**○** Martine tuis cum complicibus respisce,  
Ni phlegeton teis eligis obrui aquis.  
**V**os o terrigene vos conuenio, meminisse,  
Vos volo pollicitum fœdus in ede dei.  
**I**ngenitas quando sordes sacra diluit vnda,  
Nonne indicta aut bella fuere duci.  
**C**ur ergo æthereo deserto principe fumis,  
Vestra excecantur lumina, migrat honor?  
**C**ur crudeles heroas præfertis auito,  
Regi, a quo vobis mens deiformis inest?  
**C**ur immundus adhuc dominatur apostata vestri,  
Dux ratione carens, mancipiumque necis.  
**I**nclyta dic fodes vasti Germania mundi,  
Pars haud infima, dic error hic vnde tibi.  
**H**actenus emicuit probitas tua claraque virtus,  
Romani imperii qua duce in arce sedes.  
**S**ceptra tenes, & magni orbis moderaris habenas,  
Decretis parent omnia regna tuis.  
**P**lecte igitur fontes, & noxia pelle aconita,  
Duret vt æternum gloria in orbe tua.  
**C**erne applaudentem tibi summo ex ethere regem,  
Hymnos cui recinat sexus vterque pios.  
**C**asare Germano, Germano ecclesia gaudet,  
Pontifice, id nouiter prouido agente deo.  
**L**ongeuus superes rex maxime Nestoris annos,  
**○** Carole, o felix viue Hadriane diu.

**C F I N I S.**

**¶** Impressum Parisiis, per Petrū Vidouxiū,  
Impensis honesti viri Ioannis parui,  
Anno a partu virgineo M.  
D. 24. 13. mensis Iulii.

Indef. 20 m. h. 3. 14. 124  
Jus 199. 197. 205. 263. 266. 287. h. 3. 5. 124. 127

2. luterum. 201. 250. 297. 350

in geman. 197

hystm. 47. 74. 77. 121. 125. 178. 286. 287. 297

193. 21. 99

alman. 16

indian. 219. 222

l. 20

l. 21

l. 22

l. 23

2. boem. 217. 266. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232


233



Handwritten text at the top left, possibly a title or header, written in a cursive script.

Handwritten text at the top right, including a list of names or terms, possibly a table of contents or index, written in a cursive script.

quadrupla haec



sequitur 10. videlicet et hinc et ab hinc

in hinc

in hinc


in hinc


in hinc


in hinc


in hinc


valde sic hinc mare fides per  
per montem.















... hoc est aliud in bonis. & in malis quo...  
... opera bona facta in carne. huiusmodi...  
... gratiam consequendam facta olim si...  
... ad idem valent bona facta cum au...  
... tantum membrum intelliguntur ille...  
... bona & accipiunt boni. & in alio mala. s...  
... anobiscum sed in certum membrum...  
... line caritate facta. & bona in carne facta c...  
... impiorum bene proficiunt non ad me...  
... ad ea hanc distinctionem. in q. tunc...  
... mala quo ad penam eternam. in qual...

Et ubi.  
videtur  
in illis. Sicut

4.  
exerat. cum fido illa de  
ueraci penia sebit. **P**  
7. in fide hie expostulat  
in hodie destruerit mala p  
bona. Et cum destruxit  
in uenit. amat & diligit  
caritate plantauit. **E**  
uerrum dictum uide  
derit in multa mala q  
quemq. aliqua q. nist  
tam in uultu ds. ut ip  
abstulerit paucor bonor  
memoria bonor ad psem  
tionem posse referri. sic  
de diuine glazav sebit. **E**  
est ut si forte aliqd boni a  
ei solo remuneratione accep  
te dicatur nobis. Raper  
suam. Nisi enim diuine uir  
egresser. in impensa solo re  
accepisset. inquam abral  
Recepisti bona in uita tua  
crisis. **Q**uid g turb  
uident malignos pphare l  
no est hie retributio in aligu  
uirtuat. de si aliqm conu  
qua sit retributio. p mal  
no tu sedm qd dignu est. s  
lita quid gustat uideq. ue  
nem non credunt. talibz d  
q. uident maligni deceso  
am. qm uident bonu. mal  
turbem. Illic azonia. illic  
**E**t et alia ro qz no  
in omibz malis  
seq. lo...

virtutis bap. **V**er  
denique p' huc q' gratia ce  
t' intelligit qui facium  
gratiam accipiunt. ita  
me assecunt. **P**artu  
ut plena fide accedentib;  
reunt. ita aliqui recessu  
nalo sine utram finituri  
ro de correctione r' g'ia.  
in malis a fidei r' det. lo  
e morunt. **R**espondeat  
in illos ds cum facere r' pe  
t' de uice h' rapine p'cul  
nitare intellectum eoz  
p' decipet aiam. Anrum hoc  
no habuerit. an eoz mala  
uit. sempe nichil horu  
m'q' in laudine d'i. **C**ur  
Respondeant q' nos ir'gent  
r' v' b; exelamant q' m' m' f' m' f' m'  
iudicia ei' r' m' u' e' h' g' ab' d' e' t'  
H' h' e' t' o' n' a' t' d' s' q' u' i' b; u' o' l' u'  
s' e' p' a' u' a' i' l' l' a' m' i' t' a' t' e' q' t' e' m' o' r'  
t' u' a' t' o' i' s' i' u' s' t' i' a' c' e' r' e' p' a' r' t'  
t' i' a' m' u' a' r' e' i' n' t' e' l' l' e' c' t' u' e' i'  
r' i' p' e' t' a' i' a' m' e' i' t' u' r' g' h' o' c'  
i' n' b' e' n' e' f' i' c' i' u' a' l' i' q' u' i' d' a' t' d' s'  
e' a' p' q' u' e' n' o' e' s' t' i' n' i' q' u' i' t' u' r' n' e' c'  
d' i' a' y' i' n' c' u' i' p' e' t' e' s' t' a' t' e' e' s' t' i' n'  
i' n' h' a' c' u' r' a' m' a' n' e' a' t' q' t' e' m' p'  
e' s' t' i' n' d' i' a' m' S' i' c' g' c' o' g' a' n' t' t' a'  
i' e' s' s' e' u' t' f' i' n' i' a' t' h' o' u' t' r' a' m'  
i' n' e' r' l' o' n' o' i' n' t' e' e' i' n' m' a' l' i'  
e' a' n' e' t' a' l' i' q' u' i' n' o' c' o' n' e' s' i' g' n'  
i' n' l' o' n' o' p' e' c' c' a' n'  
i' n' o' m' n' i' a

2. 1. 1. 1.

recedit  
7 m' l' o' n' o'

q' u' i' b; s' e' u' r' i' t' a' t' e'

b. s' m' p' t' u' n' d'

+ s' i' n' m' i' s' e' r' i' a'

q' u' o' b; d' e' d' i'

